

\* CHRISTO \*

\* PHORI A' VEGA ME-

DICI AC PHILOSOPHI IN COM  
PLVTVNSI ACADEMIA PVBLICI

*professoris, Commentarius  
de Vrinis.*

Opus præclarũ, in quo breui do-  
centur singula quæ à medi-  
cis in vrinis confide-  
rari solent.



COMPLVTI,  
Ex typographia Ioannis Mey Flandri.

1554.



29892

CHRISTO

1780

IN COM

PROFESSOR

de Vitis

in quibusdam

causis



COMITATI

1787

ADMO

DVM ILLVSTRI AD-  
QVE CLARISSIMO VIRO D. RO-  
DIRICO GUMEZIO DE SYLVA, PHI-

lippi Magni, Angliæ REGIS, & Hispania-  
rum Principis, Cubiculario primo,  
Christophorus à Vega medicus

S. D.

\*



*NON paucis antè a-  
etis annis, vir clarif-  
sime, nomen Rodiri-  
ci Gumezij de Syl-  
ua, publicè procla-  
matum audierã: mi-  
rabar verò magnopere, cùm animad-  
uerterem omnes tum primores, tum etiã  
populares citra controuersiam in tuas  
laudes prorrumpere, tuam virtutem,  
animi præstantiam, & Philippi magni  
A ij erga*

erga te benevolentiam referentes, desiderabam mehercule, virum adeò clarū videre, quod si fas esset aliquando etiā alloqui, tantamq; virtutem inclytæ famæ respondentem agnoscere. Iam verò superiori anno cū sponsa tua, omni virtutum genere clarissima fœmina, ægrotaret, & mihi suæ salutis cura cōmissa foret, quod saepe optaram id ex votis successit. Cū enim eorum quæ morbi erāt, tibi rationem quandoq; reddere opus esset: tuam ipsius humanitatem facilè sum expertus, tã cumulatae sapientiæ, & religioni coniunctam, vt amplissimum adhuc nomen longè superarent. Ac perinde intellexi Philippi Magni in eligendis consiliarijs & ministris prudentiam ac integerrimam censuram: iure quoque optimo tibi deberi

beri eum locum, quem in aula regia te-  
nes. Nam cum alioqui esses genere ad-  
modum illustris, & in regno Lusita-  
nia nemini secundus, ab Hispaniarum  
regibus, in maximos honores euectus  
es. Ob id in primis, quod parentum tuo-  
rum stemmatis, insignem virtutem &  
animi præstantiam copulasti: quibus  
genere illustribus faues, & his qui  
quouis modo suas artes illustrât. Quo-  
rum verus, incorruptus, & honorificen-  
tissimus testis, apud Philippum Ma-  
gnum, haberis. Tibi ergo, vir magna-  
nime, hoc meum munusculum dicare  
decreui, vt vel tuo tantum nomine insi-  
gnitum, gratum lectoribus habeatur, &  
ego meum erga te animum ostendam.  
Vale virtutis & magnificentia exem-  
plar ornatissimum.



# CHRISTOPHO

RI A' VEGĀ PRAEFA-

tio, ad commentarium

de vrinis, per quā

vtilis.

\*



OSTE A quā in hoc  
Complutensi florentissi-  
mo gymnasio, munus edo-  
cendi medicinam, & in  
eadem, ac naturali philo-  
sophia instituendi adoles-  
centes suscepi: id omni  
diligentia & summa ope  
peragere conatus sum, vt cum distinctione, &  
perspicuitate docerem: ad idq; omnes neruos to-  
tosq; conatus apposui, vt animos ad discendum à  
tenebris eriperem, à sophismatum barathris libe-  
rarem, & methodo, atq; à primis rei, de qua agē-  
dum esset, elemētis, maximis quoq; ac potissimis,  
in communi hominum cōsensu habitis pronūtia-  
tis, singula traderem. Id quod pro virili peregi,  
attestante magno discipulorū, doctissimorū viro-  
rum numero, publica voce, sapientissimorum ho-  
minum, qui aut nostris interfuerunt lectionibus,

A iij aut

## P R Æ F A T I O.

aut nostros legerunt commentarios. At verò nō  
 nulli efflagitabāt, reliqui anxie exposulabāt, vt  
 partem artis, quæ de vrinis inscribitur, arte &  
 methodo docerē, cum perspicuitate, ita vt adisci  
 & memoria teneri, sine magno negotio possēt:  
 vt que deinde quiuis valeat præpositis nostris  
 traditionibus, singula aut nobiscum, aut alibi in  
 ægotātibus, atq; sanis experiri. Nihil enim vsq;  
 adeò traditum esse dicebant, quod non esset, aut  
 sine methodo, aut obscurum, aut scabrosum, aut  
 plus æquo verbosum: multis introductis alienis  
 sententijs tum Græcis, tum etiam Latinis, quæ  
 importunè remorantur lectores doctrinæ, ac fruz  
 gis auidos. Hippo. verò atq; Gal. à quibus omne  
 quod in hac arte firmum atq; stabile accepimus,  
 ferebant, nullum integram de hac re scripsisse do  
 ctrinam. Libellum verò, de vrinis inscriptum, Ga  
 leni non esse, adeoq; falsis documētis implicitū,  
 eisdeq; sæpissimè repetitis, vt eligāt potius duo  
 decimo capiti libri primi de crisibus acquiescere,  
 satis sibi fore putantes, quàm eidem operam da  
 re. Actuarium quoq; quàmuis multa probè dixe  
 rit, eā que diligenter pertractauerit, sepe eadem  
 inculcare, & prolixè, atq; in sulse. Quæ propter  
 me instantissimè deprecatisunt, vt de vrinis, quæ  
 mihi vtilia esse viderentur, atq; ea tantum eis  
 scribenda darem. Quibus operam meam denega  
 re, aliàs magna necessitudine coniunctis, nec pos  
 sui,

tui, nec debui. At verò ipsi, quæ ego scribēda tra-  
 didi, vel me nolente typographo excudenda tra-  
 diderunt, vt absentes & posteri, nostro hoc labo-  
 re, ac ipsi fruerētur. Tradidimus mehercle in ex-  
 positionibus libri prognosticorum multa, & quæ  
 enarrantis officium ferre poterat, vbi non pau-  
 ca difficilia Hip. & Gal. loca patefecimus. Verum  
 quedam ex illis, & nōnulla alia, quæ ad hanc tra-  
 ctationem visa fuerint necessaria, in præsentis o-  
 pere, amicorum precibus obligatus, cum omni di-  
 stinctione, ac perspicuitate referre conabor.  
 Quāuis certò sciam non defuturos detracto-  
 res, qui nostros labores modis omnibus calūnia-  
 ri contendant, nostras lucubrationes in artis me-  
 dicæ augmentum, & studiosorum vsum adedò mo-  
 lestè ferentes, vt vel illud axioma primum & ma-  
 ximū à Gal. receptū, non admittant. Nempe: Sani-  
 tas symmetria quedam est, & morbus ametria,  
 siue à debito modo recessus. Subdolis quibusdam  
 argutis, & sermonum blandimentis præoccupā-  
 tes auditores, & suos imperitos assecras epodis,  
 sirenarum ritu, remorantes. Quod si suo more  
 veritatem audire non amant, nisi alicuius magni  
 nominis viri accedat autoritas, legant Gal. lib. de  
 morborum diffc. prope initiū. Quo in loco mor-  
 borum genera, ex sanitatis generibus venatur, di-  
 cens: Adducamus itaq; hoc quoq; in loco solidū  
 principium, quod apud omnes homines in cōfess-

Sanitas  
 symme-  
 tria est.

## PRÆFATIO.

Jo est. Nēpe, id quod naturale est moderatū esse,  
 quod verò à naturali habitu recedit immodera-  
 tū. Proinde sanitas symmet. quædā erit: morbus  
 verò à iusto modo declinatio. Rursum idē docet  
 dicēs: Proinde si meatuū symmet. sanitas est, co-  
 rundē à debito modo declinatio morbus erit. Si  
 verò calidi et frigidi, humidi et sicci tēperies, sa-  
 nitas est: ipsius cōtrariū morbū esse necesse est.  
 Si igitur cōcedis, neq; enim sanæ mētis homo id  
 negare potest, bonā corporis tēperie sanitatē esse  
 se, cōcedas necesse est, ametriā siue distemperie  
 esse morbū. Vt enim Gal. inquit li. 2. de meth. me.  
 nemo tandē adeò fuit stupidus, vt in alio genere  
 poneret sanitatē, in alio morbū. Rursum de febre  
 de qua nos li. 1. de diff. fe. in nostris cōmen. loqui  
 mur, hoc idē axiōma asserentes, audi Gal. 8. li. de  
 meth. me. dicentē: Nā cū febricitantes ex intēpe-  
 ric laborēt, necesse est sanationē quoq; eorū in-  
 tēperantiæ depulsionē esse. Et rursus ibidē: Est  
 aut febris intēperantiæ excessus, in caloris abun-  
 dantiā. Hac prorsus ratione Arist. li. 7. de physi-  
 cis auscultatiōibus ca. 2. ad sanitatē et morbū di-  
 xit, nō esse per se motū. Nā ad proportionē, &  
 improportionē non est per se motus. An tamen  
 hæc sint ad aliquid, tu ipse iudica in quo prædi-  
 camēto proportiōes reponātur. Præterea, si ne-  
 gas sanitatē in symmet. cōsistere, erit sanitas, nō  
 quidē symmet. in calore, sed caliditas moderata.  
 Hæc itaq; præsentē, pone causā aliquā accedere,

Morbus  
 ametria  
 est.

quæ

que ipsa augēdo morbū efficiat, eritq; morbus,  
 nō ametria, sed caliditas aucta. Quod si verū est  
 sanitas et morbus in eadē erūt specie individua,  
 differētes solaratiōe maioris & minoris. Quod  
 si dubiū tibi videtur, quo nā modo à distēperie,  
 aut ametria actiōes vitari possint, Dicā morbū  
 actiōes primū vitare, quoniā p se actiōes vitiat:  
 p se aut li. de dif. sym. idē est qđ immediate. Itaq;  
 qđ primo p se et nullo inter medio vitiat actiōē  
 in morbis, cōsistētibus in tēperatura, ametria est  
 siue distēperies. Nā pari modo à te desiderabo,  
 in morbis q̄ incōpositiōe cōsistūt, vt ablata par-  
 te, aut diminuta quātitate, prāter ametriā, qđ est  
 qđ actiōē vitiet: nihil profectō. Sed ipsa est po-  
 tissima læsiōis ratio, et per se. Præterea articuli  
 luxatio, qua ratione partis motū vitiat, cū exar-  
 ticationi nō insit agēdi vis? nō alia quidē quā  
 incōcinitatis, et ametriæ, siue incōmensuratiōis  
 partiū. Prætereane tyrones argutis aut cauilis  
 capiātur, sciāt quōd et si morbus omnis per se a-  
 ctiōē vitiet, non sequitur vt morbus vim habeat  
 agēdi: siquidē ab ipso nulla actio procedit, sed à  
 facult. impeditur aut aut ablata, aut diminuta,  
 à morbo. Morbi nāq; cerebri animalis facultatis  
 actiōes vitiat quāuis animales functiones, siue  
 bonæ, siue malæ à facultate procedēt. Vitiāt autē  
 easdem morbi. Neque ad id opus est, vt agēdi:  
 impedit nanque ligni descensum aquæ quantitas,  
 licet quantitas vires agēdi non habeat  
 siue

De puls  
 sibus a  
 bunde  
 scripsit  
 Galen.

## PRÆFATIO.

siue ipsius densitas. Quod si ad nostram sententiam comprobendam antiquorum dogmata audire cupiunt, afferamus, Gal. loca ex lib. 1. de sanit. tu. cum inquit: Cum sanitas symmetria quædam sit, symmetria omnis duplici ratione non tantum perficitur, sed etiam dicitur. Quod si, ut inquit Gal. sanitas symmetria est, negabis fortè morbū ametriam esse? Præterea paulò inferius, nullum unquam, variè opinantium medicorum diuersum à nostra sententia sensisse refert. Neq; enim usque ad Gal. tempora quispiam, aut ob ignoratiã, aut ob malitiam in eum incidit errorem, ut putaret, sanitatem aliud esse à symmetria, siue bona commensuratione ac proportione. Vult itaque Gal. probare non esse vnicum sanitatis modum, atque vititur ut axioma ab omnibus sectis recepto, nostra assertione, dicens: Sanitas omni sectæ symmetria quædam est, nobis calidi, frigidi, humidi, & sicci: alijs corpusculorum & meatuum, quos ὁμοιοῦς καὶ ἰσόμοιος, Græcè vocat, alijs insectilium, vel incompactilium, vel partium dissimilariū simulariumve, vel deniq; primorū elementorū cuiuscunq;. Sed secundum cuiusq; sectæ opinionē, pro ipsorum modo, membrorum nostrorū actiones reddimus. Si itaque varia edunt opera, varia est & elementorum in singulis symmetria, quam esse sanitatem supra proposuimus. Quod si hæc sanitas est, ametria sibi contraria erit morbus,

bus. Neq; enim, vt inquit Gal. adeò stupidus es  
 sis, vt in alio genere sanitatem, & in alio morbū  
 statuas. Hæc satis mihi videntur facere ad pro-  
 bandam nostram assertionem, ex Gale. à quo nos  
 bis vocum harum sanitas, morbus, significationes  
 & vsus accipiendi, & obseruandi sunt. Erit q; sa-  
 nitas in simplicibus. & primis particulis elemen-  
 torum symmetria: morbus verò eorundem ame-  
 tria, aut à debito modo recessus. Sic & in mēbris  
 instrumentarijs, sanitas est eorundem symmetria,  
 aut debita proportio; morbus ametria, aut eorū-  
 dem à debito modo recessus. Vtriusq; tamen cō-  
 munitas sanitas, est totius & partium vnitas, quæ  
 partium est concinitas & commensuratio debi-  
 ta, vt & morbus totius aut partium solutio, quæ  
 ametria est, aut priuatio dictæ concinitatis, &  
 cōmensurationis. Si verò quis negaret, præter res  
 liqua, hæc esse prima morborum genera, & hos  
 propriè morbos dici, publicè suā panderet igno-  
 rantiam. Cæterum nos æquo animo hæc & simi-  
 lia ferentes, quæ nostri muneris sunt persequa-  
 mur. Cum partiū artis medicæ primo loco diagno-  
 stica sit adiscēda, quam sequitur prognostica, &  
 postremò curatiua, status humani corporis ante  
 reliqua cognoscendus est. Is verò siue salubris  
 sit, siue morbosus, multis notis apprehenditur:  
 scilicet actionibus, qualitibus, & corporis as-  
 pectibus, atque his quæ excernuntur. Ad quod  
 non

## PRÆFATIO.

non parùm conducūt tumores, & dolores, sania-  
 tas quoq; & morbus seipsa pandūt, & inter affe-  
 ctus corporis recensentur. Ex actionibus est pul-  
 sus, de excrementis est vrina. Considerantur hæc  
 duo à medicis potissimùm, quàmuis alia sint, quæ  
 magis certas nobis præbeant notas, in quibus-  
 dam alijs morbis, vt in morbis ventris, deiectio:  
 & in morbis thoracis & pulmonis, sputum.  
 At verò in febribus vulgaribus, & commu-  
 nissimis morbis, Galenus libro primo de arte  
 curatiua ad Glau. dixit: Maxima signa in febris  
 bus omnibus sunt pulsus & vrina. De pulsi-  
 bus quidem scribere inutile visum est mihi,  
 vt omnibus ferè medicis Germaniæ, Galliæ, &  
 Italiæ: siquidem Galenus nihil intactum præ-  
 termisit, nihil omnino de eare dicendum posteris  
 reliquit. Sed omnia quæcunq; aut dici, aut exco-  
 gitari possunt, docuit, demonstrauit, atq; ad vlti-  
 mum apicem (ne dixerim plus satis) exarauit: ca-  
 ptans quæcunq; tyronibus, & cæteris in arte  
 prouectis, futura essent ex usu. Si nanq; in com-  
 pēdio succinctè, capita singula capere velis, li-  
 brum leges de pulsibus ad tyrones. Si tamē hæc  
 methodo assequi conaris, eorūdem cōmentaria  
 tibi reliquit Gal. librum de differentia pulsuum,  
 librū de dignoscēdis pulsibus, & librū de præ-  
 sagitione ex pulsibus: quorum quiuis .4. conti-  
 net libros. Accedit liber de causis pulsuum in  
alios

alios quatuor diuisus, in quo liber de pulsibus ad tyrones à Galeno locupletissimè exponitur, atque ibidem autoris & interpretis officio fungitur. Præter hos omnes librum magnæ frugis scripsit, de usu pulsuum. Hi quidem extant modò, præter nonnullos alios qui perierunt. Quod si. 18. de pulsibus volumina, quorum quædam sunt aliorum commentaria, non suffecerint, nulla tibi relicta est spes addiscendorum pulsuum. Agè igitur hos lege ac relege libros Gal. qui te singula docebunt, neque quidpiam expetendum omittent. Liceret tamen, non quidem ex professo, sed gratia implendi ac perficiendi incæptum aliquod opus, breui quædam referre ex Galen. scriptis, eo modo quo Aëtio & Paul. At verò de vrinis traditio, utilis admodum & apprime necessaria, nulla integra habetur à Galen. & si multa & ferè omnia sparsim dixerit, in libris de crisibus, & cōmentarijs prognosticorum, epidemiorum, & aphorismorum. Verum signum adeò euidens & in morbis validum, suam sibi exposcit tractationem, quam nos paulò post aggrediemur, modò prius vrinæ potentiam & in significando dignitatem exposuerimus. Dixerat autem Galenus libro quarto de sanitate tuenda: eorum humorum qui in venis sunt, nullum certum aut euidens signū haberi potest, præter vrinā. Qua propter

Vrinā  
& pul.  
conferū  
tur.  
in sec.

## PRÆFATIO.

in febribus validissimum signū est, & alijs præstantius, cum hi morbi sint venosi generis. Urina verò, ut dicemus, à iecore et venis secernitur, & ab humorum coniugio separatur, renum tractrice accedente. Facile ergo eorūdem humorum, in quorum præfuit commertio, dispositionem ostendet. Sumentur autem ab urina diuersi generis variae notæ, quæ in morbis præcipuè considerantur: hæ sunt salutis & mortis, longitudinis & breuitatis, passionis & particulae patientis, & crisis. Quod quidem attinet ad passionē & patientem partem, serè pares habet cum pulsu vires urina. Nam ut urina in morbis iecoris, & venarum, & renum, ac meatuum urinae, & vesicae, euidens est nota. Ita pulsus se habet in cordis affectibus, atq; ostendit nonnullas oris vetriculi, thoracis, pulmonis, iecoris, cerebri, & ipsius membranarum, & quasdam vteri passionēs: sicuti & pulsus ferratus, inflammationum est proprius. Ad venosum autē genus attinentes morbos quadamtenus in dicat, ut febrium species, & accessionū tempora: quorum quaedam retulimus in nostris cōmentarijs in lib. de differ. fe. sicuti & urina cruda, aut obscure cocta, ab initio, propria & inseparabilis nota est febrium putridarum. Præterea urina cui pingue supernatat, colliuationē significat, hæc est passio: particula verò patiens cognoscetur, si affatim pinguedo mingatur, nam id renum significat colliqua-

colliquationem. Pulsus quoque debilis in omnibus  
 ietibus imbecillitatem in essentia significat, ac  
 perinde intemperiem factam, hæc est passio. Pars  
 verò patiens conoscetur, si in totius corporis ar-  
 terijs id fiat, tunc enim cordis significat affe-  
 ctionem. Diuersa itaque ratio est, qua passionem, &  
 qua partem patientem hæc duo signa ostendunt.  
 Quod tamen attinet ad crises, pulsus vi signifi-  
 candi superat vrimam: ex pulsu nanque licet su-  
 dorem decretorium prædicere, vt Gal. lib. 2. de  
 præfagi. ex pul. ca. 6. vbi de pulsu vndoso dixit.  
 Qui si præterea altitudinem vel vehementiam  
 nactus sit, decretorium sudorem significabit, &  
 lib. 2. de præfagi. ex pul. cap. 2. Pulsus intercur-  
 rentes sæpè iudicationes attulisse refert: & lib.  
 de causis pul. cap. 13. inquit: Sed altos pulsus ego  
 in ira & ante iudicationem comperio fieri: latos  
 plurimum in decretorijs excretionibus. Et li. 4.  
 de præfag. ex pul. ca. vltimo: Altum pulsum as-  
 serit excretiones ostendere. Atque eiusdem rei  
 rationem adhibet, dicens: At si pulsus sit mag-  
 nus & vehemens, neque præcedat illa inæquali-  
 tas, nõ semper portendit excretionem: altus sem-  
 per quidem, sed si remota inæqualitas sit, modi-  
 cas excretiones spondet. Eodem præterea cap.  
 pulsum docet non tantum iudicationem signifi-  
 care, sed quod per abscessum sit futura: inquit  
 enim: Si verò pituitosus morbus sit, cum ab inæ-

## COMMENTARIVS.

qualibus pulsibus mutatio fiat in plures vehemē-  
 tes & magnos, iudicatio erit per abscessū. Ma-  
 xime si diuturnus sit, magisq; etiam cum adhuc  
 hyeme & frigida etate, natura, et regione. Præ-  
 terea lib. 1. de arte cura. ad Glau. ad finem, docet  
 ex pulsu prænoscere fluxum sanguinis narium:  
 atq; inquit: Si enim præter hæc, pulsus in tumorē  
 subito elati nō reciderint in paruitatem, neq; de-  
 biles facti fuerint, statim crisis expectanda est.  
 Quod si in altum præter hæc attollatur & ve-  
 hementiā assumpserit, multo magis. Aëtius quo-  
 que libro quinto caput, 27. multarum iudica-  
 tionum notas sumit ex pulsibus. Hac igitur  
 in re pulsum longè superare vrinam, nullus  
 vel modicè exercitatus in Galeni & Hippo-  
 crati, libris euoluendis, ignorat. Nam vrina nullo  
 modo iudicationem ostendere potest. Quamuis  
 enim iudicationes quæ bonæ sunt in morbi  
 statu fiant, & ad prædicendam bonam iudica-  
 tionem status præcognitio sit necessaria, atque  
 hanc medicus ex vrina cōsequatur, non perinde  
 sequitur vt vrina cocta iudicium demonstrat: cum  
 signis enim coctionis crisis bona fiet, si crisis fu-  
 tura est. An tamē futura sit, nō ex vrinæ coctio-  
 ne, sed ex magnitudine morbi, & motus celerita-  
 te accipimus; vt Gal. docet lib. 3. de crisisibus cap.  
 4. vbi sæpe repetit hoc idem. Placet tamen locū  
 vnum referre cum inquit. Doctrinæ igitur mani-  
 festis

festioris gratia, ducatur ad exemplum aliquis ægrotus, qui primo die habeat signa salutis. Huic enim omnino in primo quaternario finietur morbus. Vtrum verò per solutionem vel crism, magnitudine & paruitate distinguetur: siquidem magni iudicantur, parui verò soluuntur solum, sed dies crisis ex motu inuenietur. Præterea multæ fiunt iudicationes, quas nunquam coctio præcessit, & rursus innumeri status, cum notis coctionis, sine crisi. Quid igitur commune habent, vrina cocta & crisis? At verò Hippocrates libro secundo prognostico . 65. iudicationem per abscessum ex acutis morbis, futuram spectat, non quidem ex signis coctionis, sed ex cruditatis notis, multis etiam alijs ad id iudicium ostendendum accedentibus, dicens: Considerare autem oportet talia hunc in modum, si febris detinet, & dolor non cessauerit, & sputum non excernatur secundum rationem, neque biliosæ fuerint alui deiectiones, neque dissolutæ atque synceræ, neque vrina valde multa, & crassa, ac plurimum continens sedimentum, paratur autem salubris, ab omnibus alijs salutiferis signis. In his oportet huiusmodi abscessus futuros sperare. Sed aduertendum, quod neque adhuc ex presenti loco Hippo. voluit vrinam iudiciū indicare, sed, quod ubi crisis futura sit ea sperabitur per abscessus.

## PRÆFATIO.

*sus, omnibus ab ipso scriptis præcedentibus. Et ubi non mingatur vrina crassa, & cum sedimento copioso, sed cruda, vt Gal. dixit li. 3. de crisi- bus cap. ultimo. Itaque si benè consideres ac singula perpendas, hac in re nullam vim vrinam habere cognosces. Quod proculdubio fateberis, si legis Gal. lib. 3. prog. cõm. 39. ubi postquam accidencia decretoria dixit crism præmonstrare, addit: Sed vtrum in bonum an malum iudicatio fit abitura per concoctionem cognitio est: quæ rursus haud quaquã fore iudicationem præmonstrat, sed conualiturum hominem, aut moriturũ.*

**Morbi  
longitu-  
do ex  
vrina.**

*Longitudinis præterea & breuitatis morbi, notitia ex vrinis potissimũ habetur, quemadmodum in alijs morbis, ab his qui in genere venoso consistunt, aut sputum, aut deiectio, aut pus certissima sunt coctionis & cruditatis inditia, ac perinde breuitatis & longitudinis. Morbi namque salubres non ante summum vigorem & coctionis integritatem probè soluentur: coctio verò ex vrina innotescit. Notæ verò cruditatis, & notæ coctioni contrariæ, nullo modo breuitatẽ, aut longitudinem ostendent, nisi ad facultatem collatio fiat. Nam lethales morbi cum robusta facult. lãgiores sunt, cum imbecilla breuiores. In-*

**Morbi  
tẽpora  
ex pul.**

*dicat verò nonnihil & pulsus. Nam Galenus lib. 9. de metho. me. aquæ frigidæ potum denegat, nisi in pulsu, & vrina apparuerint coctionis notæ.*

ta. Quas ex pulsu accipies, docente Gal. lib. 3. de præfagitione ex pul. ca. 7. summum vigorem, in febribus adesse, cum in pulsu adest summa celeritas distentionis, & celeritas cōtractionis minui incipit: ab his verò, deinde sequetur longitudinis aut breuitatis inditium. Præterea pulsuum notitia non parū conducit ad longitudinem morbi, aut breuitatem agnoscendam, quæ ex collatione facultatis ad morbum pendet omnino. Iam verò de signis salutis & mortis agamus, quæ in morbis venosi generis à pulsu, & vrina accipi possunt: siquidem ambo in eisdem, salutem & mortem prænuntiant, & maximè hæc. Nos quidem lib. 2. prog. in expositione. 26. diximus: Nēpe si duo febricitauerint in omnibus alijs pares, præterquàm quòd alter, mingat vrinam optimam, alter habeat optimum pulsum, ad salutem validius signum esse, quod ab vrina sumitur: ita vt nemo visus sit mortuus cum optima vrina, maximè si erisim habuerit, & vsque ad eò talis perseuerauerit, vt ibidem diximus. Cū pulsu tamen optimo possibile esse temporis processu langwere naturalem fa. & minime à morbo euadere. Vbi verò alter mingeret pessimam vrinam, reliquo habente pessimum pulsum, certius signum diximus sumi à pulsu: siquidem cum vrina nigra visi sunt nonnulli liberati, cum pulsu, tamen intermittente longiore quàm duorum iētuum spa-

Salutis  
& mor-  
tis sig-  
ex pul.  
& vri-  
na.

## COMMENTARIUS.

tio, nemo vnquã euasit. Itaque ad salutem, certiora sunt singa ab vrina desumpta: ad mortem verò certiora quæ sumuntur à pulsu. Soluimus equidem eo in loco dubium perfunctoriè, solam ac nudã veritatẽ asserentes, nunc verò eum inuenirim quosdã veritatẽ ipsam cauillis obscurasse, placebit veritatẽ roborare, et falsos eorundẽ cauillos propulsare. Primum adeò notũ est, vt non egeat nostra comprobatione: nam vt inquit Galenus libro tertio de Crisibus capit. tertio: Si quidem ego millies eum, dum crises fierent interessem, neminem vnquam vidi intereuntem, qui cum signis coctionis crisim habuisset. Et cap. 5. inquit: Neque enim contingit, vt postquam cause morbose iam coctæ sunt, ac iam natura superauit, æger moriatur, modò recta curatio à medicis adhibeatur. De pulsu autem notum est fieri posse, vt constans valde ab initio, ob morbi magnitudinem, humorũ copiam, facultatis naturalis imbecillitatem, processu tẽporis læqueat. Quod tamen diximus de signis mortis, ipsa esse à pulsu certiora, suadetur, & ex doctrina Galeni omnimodo monstratur. Vrina etenim nigra non adeò certum signum est ad mortem, vt ea præsentente omnes ipsam mingentes moriantur. Sæpiissime nanque liberati visi sunt egrotantes in morbis lōgis: vt cum quartana iudicatur per vrinã, multa vrina crassa ac nigra micta. Et in morbis

renum

Pulsus  
 signaad  
 mortẽ  
 validio  
 ra:

renum nos eandem sepe vidimus sine periculo. Rursus idem in morbis lienis quandoque est visum. Rursus in morbo acuto ex decidentia, cum vrina nigra liberatus est Heropytus lib. tertio de morbis pop. par. 3. Propterea, vt inquit Gal. in commentario, cum vrina esset nigra tenuis, multò tempore vix natura superior euasit. Neq; enim impossibile visum est Hipp. vt post nigras vrinas aliquando aliæ coctæ mingantur, cū quibus agri liberètur. Prædictus enim Heropytus, quãuis ab initio minxisset nigras tenues vrinas, circa octogessimum vrinæ euenerunt boni coloris, habentes subsidentias copiosas. Talem quoque modum seruauit Epicratis vxor, cū vrinis subnigris, cum quibus est liberata. Liberatus est præterea lib. 3. par. 3. apud Hipp. cum vrina nigra tenui, in abderis Nicodemus. Rursus ex acuto morbo liberatus est cum nigra vrina Herophontes, lib. 1. de mor. po. par. 3. Et Meton liberatus est, vt paulò inferiùs habetur: non tãtum cum nigra vrina, sed omnino sine mutatione eius in meliorem conditionem, atque sine notis coctionis, neque perinde morbus redijt, vt eodem loco habetur. In summa verò, notis coctionis apparentibus, aut, vt ita dixerim, in ratione indicationis, nõ est cur nõ liberet quãplurimos egros: siquidem nemo id negabit, docente veritate Hippocr. li. 3. de morb. po. par. tertia, in histo. in

## PRÆFATIO.

Thaso mulier austera, quæ cum vrina nigra iudicata, & liberata est, copiosè descendit mensibus. Quod manifestè docuit eorundem suppressionem, fuisse causam descensus vrinæ nigræ. Tantum itaq; abest vt nigræ vrinæ semper sint malæ, & omnium iudicationũ pessimæ, vt post notas coctionis euenientes, bonæ sint habitæ ab Hippo. Apho. 47. lib. 4. dicente: Excretiones in febribus non intermittibus liuidæ, cruentæ, foetidæ, biliosæ, omnes malæ: & si bene exeunt, siue per alui excretiones, siue per vrinas, bonæ. Quod autem de liuidis, & foetidis dixit, si bene exeant, de nigris intelligendum, & de omnibus malis excretionibus in vniuersum. Quod si fortè quis dixerit nõ omnem vrinam nigram esse lethalem, sed nigram crassam, id primò contra Gal. mentem est, qui in comment. histo. Herophōtis, qui tenuem nigram minxit vrinã, ipsum præter opinionem dixit fuisse liberatum: quod non foret nisi tenuis nigra reputaretur à Gal. lethale signum. Præterea lib. 3. de mor. po. par. 3. in comment. Heropyti, qui vrinam minxit nigram tenuem, inquit: Vnum autem solũ erat graue ægro signum, vrinarum tum tenuitas, tum nigrities. Itaque tenuitatem vituperauit, cum nigrities etiam. Præterea quanto vrina crassior est, cū nigrore, tanto minus periculum testatur: hæc enim est, quæ potest indicare quosdam morbos. Quod

si

si Gal. dixit, neminem liberatum cum nigra vrina. 1. lib. de Crisibus, ipse non negauit, idem esse possibile, sed se nunquam id vidisse testatur, in acutis morbis. Euentius autem signum ad mortem est quod à malo pulsu desumitur. Gal. namq; lib. 2. de præsagi, ex pul. ca. 1. pulsus intermittentem apoplexiæ cõtulit, atq; vbi per longius quàm duorum ictuum spatium intermittat, dixit esse veluti magnam apoplexiam. Cùm verò intra duorum pulsuum tempus manet, minori conferatur apoplexiæ. Vbi igitur (inquit) diuturnior, id est, per longius spatium quàm duorum ictuum intermittat, quemadmodum magna apoplexia, vt tollatur impossibile est. At si breuis sit, id est, intra duorum ictuum tempus, non sine negotio tolletur. Addit etiam: Quies verò temporum vnius pulsus inter omnes intermissiones moderatissima est, multiq; ex ea senes pariter, & pueri euaserunt, iuuenum autem neque ex hac quidem vllus. Vides vbi Gal. cum defectu, duorum ictuũ, maiori, neminem liberari posse, asserit: & cum vnius defectu, neminem ex iuuenibus. Ad quod comprobandum accedit quòd Gal. non concedet pulsus adeò prauum, posse in meliorem statum recipere mutationem: vrina tamen eandem recipere potest, atque ex nigra coctionem admittere, vt de Heropyto diximus. Adde quòd qui nostram hanc assertionem calūnijs impetunt, quan-

# COMMENTARIVS.

doque asseuerant, nigram vrinam esse pessimam significationem, quandoque sibi ipsis non constantes, concedūt, vrinam nigram posse in meliorem statum cōmutari. Quod si aliquando in meliorem statum mutatur, & nos id sepe euenire videmus, non erit adeò certum signum ad mortem nigra vrina, vt iam asseuerabas. Aut igitur nostram sententiam sine maleuolētia recta procedere permittas, aut in tua intrepidè, ac constāter perseueres. Nec prætermittendum videtur hoc in loco quod Actuarius li. 1. de præuidētis, ex vrinis cap. 1. non tantū in malis, sed in omnibus citra distinctionem, præuidētias ex pulsibus certiores, quā ex vrinis dixit esse. Posses tamen huic sententiæ multis modis aduersari. Primò sic, tota sūma præsagationis pēdet ex collocatione facultatis ad morbum, in morituris & saluandis, apud Galenum li. 2. prognost. cōmentario sexto, & sepe alibi. Hanc autem notitiam præbēt excrementorū mutationes: pulsus verò minimè. Ergo signa mortis ab vrina sunt certiora. Secūdo ponamus pulsum aliquē imbecillimū, veluti formicantem, maximum periculū minari, verū nondum inde constabit, an natura morbū superet, vel nō, præter id quod imbecillimus pulsus morbo imbecillimo adiūgi potest. Quapropter ambo simul Cadmico duello peribūt. Tertiò cum pulsu duorum ictuū spatium intermittēte Gal,

## DE VRINIS. II.

Et Gal. dubitat an euadere possit aliquis saltem iunenis, & cum vrina nigra neminem vidit liberatum.

Quartò sine pulsu visi sunt multi superstites, vt apoplectici, animo linguētes, & hystericae femine, vt de his dixit Galen. libro. 6. de locis patientibus.

Quintò in morbis in quibus vrina & pulsus inditia sunt, certius est signū ad mortē vrina li. 3. de mor. po. par. 2. comm. 6. Rursus. 6. apud Gal. lib. primo de crisibus cap. 14. coctiones firmam atq; stabilem habent significationem: pulsus tamen bonus, neq; fidus, neq; infidus est, sed medijs generis. Solæ igitur vrinae in febris credendū est, vt Galenus libro. 6. de mor. pop. comm. 11. dixit.

Hæc omnia si quis rectè animaduertit adeò sunt leuia, atq; futilia, vt eorum causa neq; latè vnguē, sit à veritate, nostraq; assertionē discedēdum, sed iterum constantissime affirmandum, pulsum pessimum, ad mortem certissimum esse indicium. Vrinam verò pessimam, nō semper esse ad mortem, sed sepe ad salutem, & sepius ad meliorem statum recipere mutationem, vt ab initio diximus, atq; abūde probauimus. Sed iam ordine aduersas rationes soluamus. Ad primā, concedimus summam præsagationis ex collatione facultatis, & morbi pendere: verū id  
potius

## P R A E F A T I O.

potius tibi aduersatur: nam si ita est, sequitur ut  
 vrina nullum praestet praesagium certum, nisi cum  
 pulsu & vitali facultate conferatur. Mala ergo  
 vrina nihil certum praestat, nisi concedente pul-  
 su. Pulsus quoque ipse ubi langueat cum morbi  
 magnitudine & humoris morbum facientis co-  
 pia collatus, mortem, aut salutem, indicabit, &  
 cum fuerit ad mortem, certius quam vrina, quae  
 mortem ostendat: quoniam manifestè docebit sa-  
 cultatem à morbo superari. Ad. 2. dicimus pulsū  
 formicantem manifestè ostēdere naturam à mor-  
 bo vinci & grauari, atque opprimi: neque pro-  
 bas contrarium. Quod si contingat, cum adeo  
 languente sa. morbum etiam minimum adiungi,  
 atque ambo simul perire, nihil ad rem: nam &  
 id potuit pulsus praedictus ostendere. Quinimo  
 & in vrinis nigris febricitantium idem omnino  
 contingit, nempe mori hominem extremis refri-  
 geratis, simul facultate & febre pereuntibus.  
 Ad. 3. falsum est de iuvene addubitasse Gal. an  
 cum defectu duorum temporum liberari possit.  
 Nam neque cum vnius temporis defectu ipsum  
 liberari posse putat: verum si placet loquamur  
 de maiori quam duorum ictuum intermissione,  
 de qua nihil respondebis, ac lege veram Gal. mē-  
 tem ibidem, paulò inferius, quam nos supra retu-  
 limus. Ad. 4. negamus in parua apoplexia adesse  
 pulsus abolitionem: à magna verò nemo libera-  
 tur,

tur, Hysterice quoque animo linquantur subito. Itaque multos repente animo linquentes egros vidimus, sine pulsu, deinde liberatos, quoniam aliquod accessit, atque fuit in causa animi symptoma. Quo non accedente, aut ubi à morbo hæc fiant, vera est nostra sententia. Ut tamen intelligas id non sine ratione dictum esse, audias Gal. lib. 2. de præsagi. ex pul. cap. 7. ubi de pulsu, qui altero duorum modorum aboletur loquens dixit: Sane est hic affectus, si remotus sit ab animi defectu repentino, grauißimus. Ad. 5. dicemus nihil esse in eo cõm. quod ad rem agat, aut quod ad hunc locum adduci debeat, nisi velit videri multidicus aduersarius. Ad. 6. dicemus nostram disceptationem non esse de signis, de quibus Gale. loquitur in eo loco. Nam Gal. meminit ibidem signorum, quæ ab ipso simpliciter talia dicuntur, quæ sine additione talia sunt, vt constare mente, & bene se habere ad oblationes. ea enim bona simpliciter dixit Hippo. Nam sunt alia signa quæ ab ipso optima dicuntur, & quædam quæ dicuntur bona, cū additione huius dictionis *uápx.* hoc est valde: interea quæ simpliciter talia sunt annumerantur bonus, & malus pulsus: hi verò non sunt ex toto fidi, quibus si adderes dictionem, valde, dicens, pulsus valde malus, aut diceres, pulsus pessimus, notam simpliciter talem, neque ex toto fidam, certissimam, & infallibilem redderes,

## COMMENTARIVS.

redderes. Ac faceres quod volumus: nempe pessimum pulsum, certissimum, & summè fidum esse ad mortem, & certius quàm nigra vrina, in febribus, & vbi talis pulsus à repentino animi deliquio non processerit. Improbe verò colligis, solæ vrinae esse fidendum, apud Galenum: qui tamen non vt putas voluit ad salutem, à sola vrina sumenda indicia, vel illi soli credendum: sed quod etiam si sola apparuisset, ex signis commodis, ei fidendum esset. Verùm qui hæc dicit non tollit aliorum fiduciam, præter id quod Galenus in eo loco de signis commodis, siue salutaribus loquitur, de quibus non dubitamus. Possent multa præter dicta ad nostram assertionem roborandam adduci, quæ prolixitatem vitantes omittimus. Vnum hoc tantùm addentes, quod cum nigra vrina, constante pulsu, potuit nota à pulsu sumpta ad salutem, notam pessimam ab vrina, vincere, reliquis immutatis, & secundum naturam manentibus. In comm. enim histo. Heropyti, qui vrinam minxit nigram, inquit Galen. Hic homo memoria dignus, qui per virtutis robur morbum grauem sustinuit: impossibile siquidem aliter erat vt affectui forti reniteretur, & prorsus erat in pulsibus ipsius robur, simul & reliqua secundum naturam erant: ac si diceret, reliquis immutatis. Posset adhuc contra hæc obstrepere: Nam signa coctionis sunt tecmiria, id est,

certæ

certa coniectura, signa vero salutis, sunt signa non coniecturae certae: & tecmiria semper idem indicant, atque semper talia fiunt, qualia ab ipsis indicantur. Signa vero salutis semper indicant idem, sed non semper euinet, vt ab ipsis indicatur. Vrina tamen est signū coctionis, atque certa coniectura: semper igitur ita fiet, vt ab ipsa indicatur. Pulsus vero signum salutis, aut mortis est. Ergo quamuis semper idem significet, non semper ita fiet vt ab ipso indicatur. Dicemus id verum esse omnino in omnibus signis ab Hippo. scriptis in libris prognosticorū: Signa salutis & mortis quamuis semper idem indicent, non tamē semper fieri quod ab ipsis indicatur. Pulsus tamē inditia ab Hippo. scripta non fuerunt, vt enim inquit Gal. lib. 1. de diff. pul. cap. 2. Nomen pulsus Hipp. literis prodidit, atq; artis quam cōplectitur, non videtur ignarus esse, tamē hāc artis partem reliquit intactam. Qua in re ego tantam adhibeo fidem Galeno, vt diuersas ab hac sententias nugas esse agnoscam, Nam liber de alimento, in quo de pul. quaedam dixit, Hippocratis nō est, sed Thesali fortē. Neque opus est de hac re Hipp. excusare, siquidem artium primi inuentores, nō solent artes perficere. Quapropter nō valet Hip. vnius vitæ curriculo, inuenire, exarare, ac perficere singula artis praecepta. Quod si pulsus pessimi, vt intermittentis, dicto modo, aut ordinate

## PRÆFATIO.

ordinate deficientis meminisset, non utique ipsi  
 fidem abrogasset, aut denegasset, summam vim  
 denūtiandi mortem, in febribus, acutis maximè.  
 Concedimus quoque coctionis notas semper bo-  
 num indicare, & bonum inde sequi: contrarias  
 tamen coctioni notas, non adeò firmas esse ut nō  
 fallant quandoq; & frequentius quàm mali pul-  
 sus, ubi ambo in extremo fuerint. Verum aliquid  
 semper ita fieri, ut indicatur in prognosticis,  
 idem est, quod ferè semper: fallūt enim quando-  
 que & si rarò præfagia. Adde etiam contra no-  
 stram assertionem, Celsi locum ex cap. 6. lib. 3.  
 qui venarum motum fallacissimam rem esse di-  
 xit. At quis negat prægressas causas pulsum var-  
 riè mutare? an ignoras causas cōsimiles omnino  
 mutare vrinas, vel fortè non animaduertis Celsi  
 eodem loco indignoscendis febribus falla-  
 cem dixisse calorem: cum tamen, qualitātū pri-  
 marum, in quarum censu febrilis calor est, tactus  
 sit certissimus iudex? Quid igitur, tollit ne Celsi  
 omnem spem dignoscendarum febrium? non  
 hercle, sed pulsus & caloris, sicuti & vrimarū  
 mutationis, euidētes causas aduertere præcipit,  
 ne medicum in dignotionibus & præfagijs ali-  
 quando fallant. Coëgit vsque adeò nos, plura  
 quàm libri huius magnitudo postulabat, dicere,  
 quorundam detractorum importunitas: quorum  
 nomina exciderūt. Sint autem si placet, Zoroas-  
 tres

stres & Zoilus. Quapropter, his omiſſis, ad inſtitutū redeamus. Cū in febris hęc duę notę potiffimę ſint, pulſus, & vrina, & doctrinam de pulſibus nimis Gal. dilatauerit, ita vt nō ſit opus alterius opera, de vrinis ſcribere, viſum eſt mihi, maximē vt amicorum precibus obtemperarem. Erit tamen liber de vrinarum ſignificationibus, in quo cauſas & præſagia ſimul dicere conabimur. Siquidem vrina duo ſignificat, cauſam, videlicet, quę ipſam effecit, & quę ad ipſam ſequutura ſunt: quorum eſt ſignum prognosticū, ſicuti & præſentium nondum perſectorum ſenſu. Quod enim cauſam aliquam docet, pariter effectus illam ſequentes cauſam præmonſtrat, veluti in diſcurſu & conſequio quodam. Oſtendit autem vrina cauſas primū, deinde verō medicus cognitio cauſis deuenit in futurorum cognitionem, prognostica diſciplina, tanquam à cauſa in effectum progrediens. Primū quidem ab vrina tanquam ab effectū deductus in cauſarum cognitionem, veluti demonstratione, quia eſt: & tandem à cauſis ad poſtremos effectus demonstratione propter quid, & via prognostica futurorum. Agnoſcit autē medicus ex vrinis omnia cauſarū genera, nempe formalem cauſam, materialem, efficiētē, & finali, ac cauſam ſine qua nō. Exemplum eſt vrina ruſa tenuis in homine parum bilioſo: cæterum qui vtatur inedia, aut ni-

Vrinas  
cauſas  
& effe-  
ctus ſi-  
mul docet.

Vrina  
docet  
omne  
cauſarū  
genus.

## PRÆFATIO.

ma exercitatione. Hæc vrina indicat causam formalem, nēpe seri formam: ea enim est vrinæ forma. Causa materialis est vrinæ fusio, ac serū, & bilis quæ ipsum tingit. Causa efficiens est calor auetus plus iusto: causa sine qua non, est inedia, aut motus: finis verò euacuatio excrementorum à corpore. Ex his exercitatus artifex futura prædicet, vti salutem aut mortem, longitudinem aut breuitatem morbi, partem verò patientē, & passionem ipsam, veluti præsentia nō cognita sensu. Est enim pars artis prognostica futurorum: sed non horum tantum, verum etiam præsentium & præteritorum, quæ nondum sensui oblata sunt. De quibus sunt quædā ex causis dictis, cum nō dum sensui patent. in singulis igitur capitibus ab vrinis, tanquàm à signis in causas, & prognostica procedemus. Neque enim opus est hæc separare, quæ ad eò coniuncta sunt, & ex vnica tantum vrinæ cognitione statim manant.

Caput  
agendo  
rum.

Porro vrina signa præbet, ex colore, substantia (cui accedunt perspicuitas & opacitas) quantitate, contento, (in quo est spuma, & circulus) odore, & mingendi modo. Quæ omnia ordine præfato prosequemur, prius vrinæ essentia patefacta.

VRINÆ DEFINITIO.



VRINA est serum sanguinis & aliorum humorum in iecore & venis contentorū, à facultate renum naturali tractum, atque ab eisdem secundū naturam percorsatum, vt sanguis fiat aptum membrorū alimentū. Serū autem est, vrina, quod ex alimentis & potibus sanguini & reliquis humoribus accedit. Siquidē alimēta serē omnia partem aliquam habent serosam, quæ cū sanguine & reliquis humoribus genitis ex eisdē alimentis, miscetur: accedit quoq; potus, cuius substantia aquea est et serosa. Hac serosa humiditate opus habuit natura, vt alimentū quod in vētre assumitur, eam coctionē subiret, quam elixationē appellant medici, & philosophi, quoniam in humore fit. Deinde ex cremēto alimēti crassiore in facis formam deposito, quod reliquū est facultas iecoris trahit, per venas, mæseraticas appellatas. Penetrat autē alimētū, iecoris minutissimas venas, per quas ipsum duci foret omnino impossibile, nisi potus accederet, veluti deferēs ipsum à simis ad gibas par-

## COMMENTARIUS.

les. Cum tamē ad venam cauam delatum est, renum attractrix facultas, magnam partē huius serosi excrementi sanguini mixti, trahit. Siquidem adeo copiosum nō erat ex usu in amplioribus venis, quæ inde germinat. Verum nō est hæc potissima ratio tractionis renum: sed quoniam insitam habent innatam facultatem trahendi, quod sibi familiare est, quale est serum sanguinis & aliorum humorum, cum quo nonihil sanguinis deducitur, aptum alendis renibus, proportione respondens parti pingui, quæ relinquitur post caseum expressum, cum sero mixta, ex qua cōfitur, quam recoctam appellant, hæc est quæ renes alit. Deducitur etiam cōsequutione quadam inuitabili nonnihil bilis. Trahuntur autem hæc per venas, quas appellant emulgētes, quæ à caua vena ortæ renes peruadunt, nec tamen ambo renes parem habent altitudinem, aut iecori & caua venæ propinquitatem: sed ren dexter altior est, & iecori proximus, ita ut sæpe ipsum attingere visus sit: inferior verò sinister, ne pari vi et efficacia traherent, aut se inuicem impedirent. Tractum verò serum in renibus percollatur, à parte sanguinis delata, qua etiam renes aluntur. Delabitur verò serum cū pauca bile, per vreteras dictos meatus, in vesicam: reliqua verò pars, quæ cum sanguine per venas proceßit, utilis ad alimēti delationem, in singulas perticulas, aliqua

ex parte in sensili exhalatione transpirat, quandoq; sudore: reliquum verò retrocedit, atq; ad venes vsq; relabitur, & ab eisde trahitur, a quibus prædicto modo percollatur. Cùm igitur ita fiat serosi excrementi separatio, nonne iure dicemus, vrinam euidenter ostendere omnium eorum, quæ in iecore & venis sunt, conditionem, & statû? Probè quidem, atq; eò magis quòd, nõ tantum in eorum commertio aliquando fuerit, & simul cum ipsis nõ leues alterationes est passum: sed quod nonnihil ipsorum secum deferat, aut cum ipsa vrinæ fusione diffusum, sub humoris forma susceptum, aut in cõtenti alicuius speciem mutatum. Ostendet quoq; pari ratione eorundem membrorum, in quibus confectum est, & à quibus secretum, potentiam & constitutionem,

☞ CAPVT PRIMVM  
de coloribus vrinarum & eorundem significationibus.

# COMMENTARIUS.



**C**OLORES vrinarum in duobus generibus consistunt, quidam veri, quidam apparentes. Veri colores illi sunt, qui ex actione qualitatum elementorum proueniunt, atque ab ipsis habent primam generationem. Quapropter elementa colore vacant à natura, quòd non habeant eam ex substantijs, & qualitibus mixtionem, à qua actio consurgere, & secundarum qualitatum generatio fieri debet. Ex mixtis verò corporibus, tantum ea verò insigniuntur colore, quæ opacitatem habent: siquidem colores adesse tunc visus iudicat, cum rem ipsam concipit coloratam. Quæ verò à visu colorata percipiuntur, visum terminant. At verò sola ea visum terminant, quæ opaca sunt, aut plus, aut minus: tantum siquidem terminant visum, atque ipsum ulterius progredi non permittunt, quantum habent opacitatis. Permeat protinus visus perspicua corpora, non ea quæ opaca, & vero colore prædita sunt, quæ videri & visum finire, & coërcere valent. Quamobrem probè libro de sen. & sen. cap. 3. Arist. dixit, colorem esse extremitatem perspicuitatis in corpore terminato. Ac si diceret, tunc colores actu visibiles esse, cum non assident intimis rebus, quæ conspiciuntur, sed in corpore opaco existètes, extremam superficiem perspicui

spicui attingunt. Nam præter id quod visus inti-  
 mas opacorum corporum partes non penetrat,  
 color ipse vt videatur lumine eget, quo carent  
 intima opacorum corporum partes. Ea si quis  
 dem tantummodo luci peruia sunt, quæ visui, in  
 genere. Sunt præterea colores quidam apparen- Colo-  
res ap-  
pares  
 tes, qui verè colores non sunt, neque ex primis  
 elementis habuerunt ortum, sed ex sola luminis  
 cum opacitate mixtione. Cum verò dictum sit,  
 lumen non peruadere opaca corpora, reliquum  
 est, vt in his tantum appareant, quæ medio mo-  
 do se habeant, neq; omnino peruia, neq; fundi-  
 tus opaca: in quibus lumine accedente, ac subin-  
 trante, non tamen liberè permeante, prædicti co-  
 lores generationem habent: vel vt rectius dixe-  
 rim, apparentiam. Tales sunt colores iridis, &  
 arcuum quæ iuxta solem, lunam et astra se pans-  
 dunt. Euenit etiam quandoq; vt hæc duo colorū  
 genera simul misceantur, vbi res nõ omnino per-  
 spicua sit, sed cum perspicuitate aliquatenus co-  
 lore participet, vti vitrum: maxime vbi remisso  
 admodum viridi, aut ceruleo colore inficitur. Id  
 enim luci expositum duos ostendit colores, al-  
 terum verum, quo infectum est: alterum appa-  
 rentem, mixtione luminis et propriè opacitatis  
 confectum.

Eadē omnino in vrinis omnibus pernotabis, es-  
 tiam si extremam tenuitatem, aut crassitudinem,

## COMMENTARIUS.

aut ex coloribus albiſſimū, aut nigerrimū ſint nā  
 Etæ. Duo enim colores ſeſe viſui offerent: alter  
 verus, qui in vrina ſuſione (ſic enim appello vri-  
 næ ſubſtantiā) conſiſtit, ex elementorum actio-  
 ne, veluti in alijs mixtis (eſt enim, vt diximus, vri-  
 næ ſuſio, ſerum humorum, quod ſecum deſert  
 humoris verè colorati portionem) alter verò  
 apparens. Cū enim vrina non ſit funditus opa-  
 ca lumine peruadente, vt accedat color aliquis  
 apparens neceſſe eſt: ac perinde ſit vt in vrinis  
 vnus color, ac ſolus non perſpiciatur, ſed duo  
 ſimul, qui pariter oculis offeruntur, verus, &  
 apparens. Quam ob rem deſcribere decet medi-  
 cum quanta luce opus ſit ad inſpectandas vrinas:  
 eadem enim vrina, multo lumini expoſita ſplena-  
 didior & colore vario apparet, quā ſi in loco  
 obſcuriori inſpiciatur. Non itaq; in loco obſcu-  
 ro inſpicienda, ne quidpiam eorum quæ in vri-  
 na continentur viſum effugiat. Neque ſub ip-  
 ſis ſolis radijs, ne immodicè illuſtrata, intertur-  
 bet colorum agnitionem. Quod ſi medicus poſt  
 integram aſſecutionem coloris vrinæ, in lo-  
 co modicè illuminato, voluerit aliquod eorum  
 quæ continentur in vrina diligentius proſequi,  
 non prohibemus cuiſcemodi indagationem. Ad-  
 monentes ſolis radios, adaucto ſplendore, &  
 coloribus apparentibus, minuere aliorum noti-  
 tiam, & breui vrinam confundere, contentis a-  
 gitatis

Vrina  
 quo lo-  
 co inſpi-  
 ciendæ.

gitatis & diffusis. Ex quibus colligimus vrinam omnem inspectam, simul pandere colorem verum & apparentem, atq; verum ipsum colorem diuersum sensui reddi, ob diuersam appetitis accessionem. Simul quoq; pandere, splendorem & perspicuitatem, quæ ex lucis diuersa mixtione variantur. Erit igitur inspicienda vrina prima quæ mingitur post perfectam humorum in icore cōfectionem: ea verò tota inspiciatur. Nec vetamus alias inspiciere, quæ quauis hora diei minguntur, hoc animaduerso, quòd ante coctionem perfectam, vrina non est integrè colorata, & longè à coctione iusto coloratior, redditur. Præterea quòd statim à coctione copiosius continet contentum: deinde verò parcius. Postquam verò micta fuerit, si fieri possit, bis inspiciatur, statim micta & dimidia hora transacta. Primò vt intelligat medicus, an turbida mingatur. Secūdo, vt agnoscat an resederit. Quod si id fieri nō possit, post dimidiam horam à mictu, inspectetur: vel in vniuersum, antequam turbetur, & postquam resederit, si id futurū est. Ex turbatis nāq; quædam resident, quædam nō: quarūdam quoq; cōtenta dispersa, nō multò post colliguntur in aliquam fusionis vrinæ regionē. Rursus colligatur in matula ex vitro limpidissimo, tenui & nullo colore scædato: ima parte rotūda, eius magnitudinis vt à manu probè capi possit, & superiore

Vrinæ  
 rui  
 inspi  
 cienda  
 rui  
 lex.

# COMMENTARIVS.

periore parte prorrogata, eritq; altitudinis. 12.  
digitorum. Matulae vero ima parte planae, aut  
in quibus media imae partis sede prominet pars,  
sedimentorum notitiam & inspectionem impe-  
diunt, sicut angulatae contentum dispergunt.  
Digiti inspicientis non opponantur luci, sed sus-  
pra urinam manus apprehendat matulam sensim,  
ne urina agitetur, & contenta dispergatur. In-  
spiciatur deinde in loco modicè illuminato, ubi  
nullus externus color arborum, parietum, Stra-  
gulorum, aut vestium, urinam foedit. Mutant  
naq; urinarum colores radij solis, colores ada-  
iuncti, motus, cibus ob colorem, medicamentum,  
exercitatio, vigilia, timor, vomitus, agitatio,  
frigus, coitus. Is probe animaduersis medicus cõ-  
templabitur, primò urinae colores, qui in multi-  
plici sunt differentia, quos ordine recensere pla-  
cet ab albo vsque in nigrũ, qui omnium sunt ex-  
tremi. In his verò, uti in reliquis omnibus,  
tantum id seruabo, quod mihi verius visum  
fuerit experimento, & rationi accõ-  
modatius: etiam si aliorum senten-  
tias non consentiam. Excipio  
semper Hippocra.

& Galenum.

## COLORES VRI- narum.

Albus

Colores  
urinarũ  
mutan-  
tur.



LBVS, spiceus, aureus, croceus,  
 rubeus, vineus, passuus, venetus,  
 niger. Quoniã tamẽ saepe ab infe-  
 rioribus coloribus in nigrũ trãsi-  
 tur, per viridem et per liuidum,  
 eos prædictis adiuges, inter venetũ & nigrum.  
 Albus color has continet species, niueus, cry-  
 stalleus, aqueus, lacteus, glaucus, charopos. Ni-  
 ueus primo loco statuitur, hanc enim agnoscimus  
 summam albedinẽ, & si Actuarius aliter habeat:  
 crystalleus verò color, & aqueus maiorem sub-  
 stantiæ tenuitatem & corporis fusionis per spi-  
 cuitatem. Glaucus color pellucido cornu similis  
 est, quem cæsũ appellat Theodorus lib. 5. de ge-  
 ne. animi. cap. pri. Charopos verò hoc in loco, Charo-  
 vt apud Actuarium, similis est pilis camelorum por cor-  
 subalbidis. licet apud Gal. lib. 3. de morbo. po. lor.  
 par. 3. cõm. 69. charopi ab Homero sint appella-  
 ti, leonum oculi. Reliqua colorum alborum no-  
 mina nota sunt. Spiceus color similis est colori  
 spicarum tritici, cum vi solis triticum iam pri-  
 mum ad perfectionem deductum est. Cui respon-  
 det dictus palearis, quemadmodum & subspi-  
 ceo, subpalearis. Hi enim colores alios habent  
 sibi congeneres, parũ intensione, aut remissio-  
 ne distantes. Appellat Galenus hunc colorem  
 similem vino albo tenui, in quo eadem erit la-  
 titudo, quæ inspiceo & suspiceo. Sequitur  
 autem

## COMMENTARIUS.

autem color is post urinam albam tenuem, quæ  
 est veluti aqua, quam diximus aquosam, aut mo-  
 do dicam us crystallæam, etiam sequi. Est ut Gas-  
 len. inquit, eius generatio ex alba tenui, quam  
 diximus aquosam, cum parum bilis rufæ succer-  
 perit. Sed cum id quod ex bile miscendum est,  
 nõ sit definitum, & in diuisibili consistat, cons-  
 fietur qualis spicæa, & qualis subspicæa dicta  
 est. Aureus deinde sequitur, attamen quoniam  
 non est auri color vnus, sed quidam intensior pu-  
 rissimi auri, quidam remissior, ut florenorum,  
 dicemus Actuar. aureum appellare puro auro  
 similem, qui rufus est apud Galenum. subaureus  
 autem subrufo respondet, siue pallido Galeni.  
 Pallidus tamen, iam naturalis est atq; optimus,  
 idem cum subaureo Actuarij: Estq; pallidus a-  
 pud Galenũ lib. 1. de crisi. subrufus. Cum verò  
 pallidam urinã subrufa esse dixit, modicè palli-  
 dam intelligere decet: nam lib. 10. de sim. me. fa-  
 ca. de sudore, et li. 1. de mor. po. par. 3. cõm. vlt. et  
 li. 2. prog. cõm. 30. urinã naturalem modicè palli-  
 dam esse debere, dicit: quam etiam subrufam lib.  
 1. de cri. cap. 12. appellat. Erit autem is color ve-  
 luti si aquæ admisceas serum sanguinis & bilem  
 rufam, modicè quidem: nam quantitatem verbis  
 definire non est, sed in sanis ipsam contemplabe-  
 ris, aut à præceptoribus accipies. Crocea ve-  
 ro urina similis est colore, aquæ in qua crocus  
 fuerit

fuerit dillutus, quemadmodū & subcrocea: differentes hac ratione, quatenus eidem quantitatē aquae, paucus aut multus accedat crocus: vel si certa quadam aquae quantitate, certam quantitatem croci dilluas, & aequali quantitati aquae parem cocro, cartami florem: haec enim erit subcrocea, prior crocea. Ac respondebunt subflaua & flaua Galeni. Quemadmodū tamen Gal. praefert subrusam, subflaua: ita Actuarius, subauream, subcrocea, quam biliosis magis deberi dixit lib. primo de iudicijs vrinarum cap. 13. Apud Gale. verò pallida ruffa & flaua, hoc ordine statuuntur: rufa nanque in medio constituitur, tanto coloris intensione excedens pallidam, quanto exceditur a flaua. Differt quoque ruffus color, quem Graeci dicunt πυρρόν, a flauo, quem dicunt ξαυρόν: quoniam ruffus turbidior est, flauus splendidior. Sed agnoscas oportet inter colorem rufum & pallidum, esse subrusum, quem vrinæ naturali dīximus respondere, quem appellat Gal. mediocriter pallidum. Et. 12. lib meth. med. statuere videtur colorem ab ipso dictū πυρρόν, hoc est, suluum, inter ruffum & pallidū: inquit enim: ὁ πυρρὸς καὶ ξαυρὸς αἱ ἀνυδροὶ καὶ μετρίως λευκοὶ παλαιούμενοι πυρρότεροι πως γίνονται, ἢ ἄλλως ἰστέλεις ὀνομάζεν τὸ πυρρόν χρῶμα, δύνατο δὲ νλίγειν πυρρόν ἀχρόν, quod est: Quandoquidem austera vina & mediocriter alba antiquitate sulua quadantenus fiunt, quod si  
aliter

## COMMENTARIVS.

aliter  $\nu\acute{\iota}\xi\acute{\gamma}\acute{\omicron}\nu$ , id est, fuluum colorem appellare licet, dicere poteris, ex rufo pallidum. Licuit tamen nobis hoc in loco Græcum exemplar in medium afferre, quoniam de Græcarum vocum significatione agebatur. Diximus autem lib. progn. in expositione. 6. quando Græci codices sunt citandi. Quòd si nulla tali occasione adhibita paginas Græcis literis impleueris, aut verborum esse vis, aut de parua re magna volumina cōficere, aut ostendere nobis te nosse elemēta Græca, aut dicas, cur vis benè scripta & probè translata iterum transferre? Sed de his satis.

Rubeus  
color.

Rubeus color tres continet species, rubeum, subrubeum, & perrubeum, siue impensè rubeum, vt apud Gal. li. 2. prorrhæ. comment. 25. Subrubeus color similis est bolo Armeno. Rubeus pomis quibusdam maturis, vt cerasis acidis, interim dum manifestò acore participant, neque maturitate nimia dulcescunt. Perrubeus est color qui à Gal. li. 1. prorrhæ. comme. 31. appellatur sanguis nolentus. Color autem rubeus, inquit Gale. lib. 2. de ratione vict. acutorum, comment. 22. Tantum excedit flauum, quantum flauus pallidum. Et. x. de crisi. quanto excedit flauus rufum, tanto flauum rubeus. Hic est horum colorum ordo.

Vineus  
color.

Vineus color deinde sequitur, similis vino nigro crasso: vel qualis est color hepatis, perrubro color valdè adiunctus, què sequitur passeus, similis

lis sapa, quæ ex musto vuarum nigrarum confecta est, vbi ad tertiam partem ebulliat, duabus assumptis. Talis etiam est vuarum passarum color, quamuis Actua, dixerit, similem esse colori cerasorum, ad nigredinem tendentium. Venetus color ex albo & nigro summis, æquis portionibus confusis nascitur. Si enim cerusæ & atramenti pares portiones commisceas, videbis sanè ceruleum coccinari colorem, qui venetus est, & blauus appellatur. Viridis color innumeras habet differentias, si quis herbarum colores aduerterit. Nos verò cum Actuario tres referemus: duos extremos & vnum intermedium. Extremi sunt, brassicæ similis, qui remissus est, & similis folijs violæ, in extremo intensiori, & medio loco asidebit color similis folijs graminis. Hic splendori coniunctus smaragdum refert. Remissior verò color viridis ad albedinem vergit. Intensior tamen ad nigredinem magis. In genere viridium vrinarum, oleaceæ continentur, quæ sunt in tribus speciebus: nam aut oleum representat, aut olei colorem seruat, aut oleacea est. Sunt hi colores remissæ virides, atque aquosam et tenuem habent eiusmodi vrinæ substantiam. Hæc de diuersis oleaceis vrinis dixit Actuarius. Verum nos vrinæ multas vidimus colorem olei referentes, & quasdam non tantum colore, sed etiam substantia oleo similes, cum tenuitate;

Vene-  
tus color.

Viridia  
color.

oleaceæ  
vrinæ.

## COMMENTARIUS.

te: quæ si crassæ forent oleo omnino similes essent. Quapropter recte Gal. dixit. 3. de mor. po. par. 3. in comm. hist. in Thaso parium. se non visisse urinam totam pinguem veluti oleum. Nam prædictæ, colorem oleo similē & intimam ipsam fusionem habebant. Deerat autem crassitudo, qua fieret similis oleo omnino, si particeps foret. Cum igitur Hippo. dixit parum minxisse. 6. die oleosum, viride intellexit, oleo simile colore & intima ipsa substantia, neque tamen tota urina ut oleum erat.

Liuidus deinde sequitur color, qui apud Græcos est duplex, alter similis colori plagarū quæ ad sanitatem tendunt, quæ πελώμα & dicuntur: color verò πλιόν, medius inter nigrum & pallidum, qui similis est moris maturationi propinquus. Huius meminit Hippo. 3. progn. li. pri. Eundem etiam colorem appellat Thucidides πλιδόν. Sed differt ab hac nostra similitudine, quoniam plumbo similem esse dicit, & constat manifestè falsum esse, plumbi colorem, esse medium inter pallidum & nigrum: cum id conueniat maculis ex plagis, & non parum differant ambo colores: nempe color ex percussa carne, medius inter nigrum & pallidum, & color plumbi. Erit ergo πλιδόν. id est, liuidus color, in altero significato similis ferè colori plumbi. Quem ex autoritate Thucid. dixit Nucerimus, appellari

appellari  $\mu\omicron\lambda\iota\epsilon\delta\omicron\chi\rho\delta\nu$ . id est, plumbi coloris. Nig-  
 ger præterea color omnibus notissimus est, cu-  
 ius non pauca sunt differentiae maioris & mino-  
 ris, præter ea splendoris & obscuritatis:

Hoc schemate colores  
 vrinarum ordine cõprehendes.

- |          |   |  |  |
|----------|---|--|--|
|          | } | Nivens.                                  |  |
|          |   | Crystallus.                              |  |
| Albus    | } | Aqueus.                                  |  |
|          |   | Lacteus.                                 |  |
|          | } | Glaucus.                                 |  |
|          |   | Charopos.                                |  |
| Spiceus. | } | Subspiceus, Subpalearis.                 |  |
|          |   | similis vino albo tenui.                 |  |
|          |   | Spiceus, Palearis.                       |  |
| Aureus.  | } | Subaureus, Subrufus, ac modicè pallidus. |  |
|          |   | Aureus, Rufus.                           |  |
| Croceus. | } | Subcroceus, Subflavus.                   |  |
|          |   | Croceus, Flavus.                         |  |
| Rubeus.  | } | Subrubeus, Boli Armeni.                  |  |
|          |   | Rubeus, ceraseorum acidorum adhuc.       |  |
|          |   | Perrubeus, sanguinolentus.               |  |
| Vineus.  | — | Qualis color hepatis.                    |  |
| Passus.  | — | Qualis sapæ, aut vuarum passarum.        |  |
| Venetus. | — | Ex cerusa & atramento æquis portionibus  |  |
|          |   | Brassicæ folijs similis.                 | (fit)                                  |
| Viridis. | } | Graminis folijs.                         |  |
|          |   | Violæ folijs.                            | Oleum repræsentat.                     |
|          |   | Oleaceus.                                | Olei colorem servat.<br>Oleacea vrina. |
| Lividus. | } | Color plagarum.                          |  |
|          |   | Color plumbi.                            |  |
| Niger.   | } | Intensior.                               |  |
|          |   | Remissior.                               |  |

COMMENTARIUS.  
 SIGNA AB VRI-  
 narum coloribus.



EXPLICITA iam colorum natura & singulis colorum repertorum in vrinis speciebus, quid ostendat quibus eorum, dicendum nobis est. Demonstrat autem causas

quae praecesserunt, & quae interdum adsunt, atque ea quae subinde sequentur. Quapropter admonendum duximus vrinas cibis & potibus colorum fieri, apud Hippo. li. 6. de mor. po. par. 5. sectione. 15. & Gal. in comm. albas, aut nigras, aut biliosas, vrinas à diuersis vinis fieri testatur.

Albus  
 rinae co-  
 lor quid  
 indicat

Ordiamur tamē ab albo colore. Albus color vrinae citra morbum, magnum potum vini significat, aut senectam, aut per morbos frigidam intemperiem, cruditatem, succorum frigidorum reducantiam, obstructionem, tingentium humorum in aliam partem decessum. Nam bilis quae secundum naturam tingit vrinam cum sero humorum mixta, ubi decedat in partem aliquam, non tinget ipsam: aut ubi non generetur, ut in frigidis temperaturis & talibus morbis: aut pauca admodum, aut ubi serum syncerum descendat, ob angustiam meatuum bile retenta: aut ubi humores crassi & pituitosi simul cum sero humorum repurgantur, non poterit bile colore suo haec omnia tingere. Sanguinis verò

verò pars quæ cum sero deducitur ad renes, eisdem adiungitur secundum naturam habentibus, nec cū vrina prætergreditur. Præterea distinguitur vrina albæ crassitudine & tenuitate. Crassæ nanque quandoque fiunt notis coctionis præcedentibus, & significant crassam pituitam purgari: Vitream à Praxagora appellatam. Siquidem vrina genituræ similis mingebatur, li. 6. de mor. po. part. 2. sectione. 40. & Gal. in com. inquit: Genituram autem representans, vel vrina vel deiectio, iudicatoria interdum fuerit, cū humor à Praxagora vocatus vitreus euacuetur. Est autem hæc vrina similis lacteæ. Vidimus etiam nonnunquam vrinam lacti similē, mictam in ætate puerili, sine manifesto quopiam malo, quæ ostendebat magnam crudorum succorum redundantiam, atq; ipsam purgari. Quapropter & in morbis atque in sanitate utilis sæpe visa est vrina alba lactea, glauca, & charopos: quæ cum crassitudine substantiæ fiunt. Cæterum quæ albæ aqueæ sunt aut crystallæ caloris imbecillitatē, cruditatē, morbi principium, & obstructionē factam à crassis humoribus ostendunt. Hæc sunt causæ. Ex futuris autem prænuntiant aquosæ vrinæ cum facultate robusta, morbum diutius progrogandum (tempore nanque longo opus est, ut ea cruditas ad maturationem perducatur.) Cū imbecilla verò mortem portedit. Quoniam tamen

Vrina  
genitus  
ræ simi  
lis.

D ij aquosa

## COMMENTARIUS.

Spice-  
arū vri-  
narū si-  
gna.

Bilis v-  
rinastin-  
git.

Vrina  
optima

aqueosa vrina cū colore mixtam habet substātiē tenuitatē, capi sequenti rursus de eadē agemus. Spicæ verò & subspicæ, quæ apud Gal. similes sunt vino albo tenui, non omnino perisse calorē mōstrat, sed languere, aut multitudine crudorū succorū opprimi. Quod si post albā aquosam aut crystallam vrinam sequatur, indicabit naturam in melius tendere, calorem augeri, & bilem paucam misceri sero humorum. Siquidem vrinæ tingi possunt, aut à bile rubea (quæ quāuis sanguini tenui similis sit, non concrevit, vt sanguis, inquit Gal. lib. de atrabile) aut à bile rufa, aut flaua. Tingitur etiam à sanguinis particula cum sero sanguinis superfluitate delata. Melancholia verò, quandoq; cū vrina, vt diximus, transit. Cæterū benè valentibus hominibus nō adest ea copia vt micta conspiciatur. Tingunt itaq; vrinam, bilis, sanguis, melancholia: pituita verò cū talis manet albam efficit vrinam, rubidam verò vbi in sanguinē transeat. Quæ igitur spicæ est iam ad naturalem vrinæ colorem accedit commixtam, habens bilis portionē, sed paruā, ac perinde post biliosos morbos solutos sequitur.

Aurea vrina, & crocea, rufa, & flaua Gale: respōdent. Quapropter vt apud Actua. subaurea & subcrocea optimæ sunt colore, ita apud Gal. subrufa & subflaua, quæ modicam mixtionē bilis cum sero, siue vrinæ fusionē, ostendit. Quæ  
si su

si substātia mediocris fuerit et cōtetū quale optimū habuerit, erit omniū vrinarū optima, qualis est subrufa, aut subflaua, potius subrufa, quā subflaua. Media in crassitudine et tenuitate, inter tenuē aquosam et crassā veluti iumētōrū, cuius sit sedimētū albū, leue, perseuerās, et quā minimē fœtidū, aut omnino fœtore priuatum. Hęc vrina naturam valere, sanūq; esse corpus, aut per morbos securam futuram salutē ostēdit. Natura nāq; suo vigore causas morbificas superat, cū coctiōnē perficere valet, atq; hęc eadē adest cū prædicta vrina. Coctiōnes verò, inquit Hip. i. de mor. po. crisis celeritatē, et securam sanitatē ostēdūt, Quod si vrina optima, quædā subrufa est, quædam subflaua, quare non erit aliqua rufa, medio quodā modo inter subrufā, quæ remissior est rufa, et subflauā, quæ est ipsa rufa intērior? Dixerimus nō vnicū colorē adesse in sanorū hōinū vrinis, sed pro ætate, sexu, et temperatura variari. Neq; etiā in eodē homine adhuc tēperato, sed vt Gal. li. i. de crisi. cap. 12. dixit: iā verò p̄fecta coctiōne, color quidē vrinæ intēditur, minus autem subsidet, et si lōgiori tēpore hominē à cibo prohibueris, videbis ipsā fieri cōtinuō magis rufam. Præterea vt ibidē docet, bilis quæ vrinā tingit, iam pallida, iam etiam rufa, quandoque flaua est. Pallida quidem, modicē accedens quantitate, modicē pallidam efficit vrinam. At verò modicē pallida naturalis est atque subrufa à Gale.

Vrina  
naturalis  
quæ  
re non  
fit rufa

## COMMENTARIUS.

dicitur. Talis quoq; reddetur ex mixtione rufæ bilis, quæ non fit aut intensior colore, aut copiosior iusto. Erit autē subflava, longius à coctione flavescente iam bile, sed modicè accedēte. Eritq; rufa, bile rufa immodicè accedēte. Quod si neq; flava, neq; rufa bilis, intensior colore, aut copiosior accesserint, neq; rufa neq; flava reddetur vrina, sed subrufa, aut subflava. Ab ipsa completa coctione, quæ in iecore perficitur, subrufa, quæ pallida etiā est, et lōgè actione, subflava: nunquā tamen aut rufa, aut flava; neq; enim rufa media est, subrufa & subflava. An tamen vrina optimum hunc colorem assequi possit, ubi nondū substantiæ mediocritatem assequatur, dubium videtur. Ad quod respondemus ex Galen. & Hippo. placitis, vrinam quandoq; mingi tenuem, sed benè coloratam. Hippo. nanq; 3. de mor. po. par. 3. in historia, in abderis virginem, & in historia, in abderis Anaxiona, vrinas tenues, sed benè coloratas minxisse refert; in quibus color ad perfectionem deductus erat, substantia non deducta. Ad quod comprobandum accedit quod experimentum quotidianum docet, quasdam esse vrinas tenues subpallidas, aut etiam albas: quasdam tenues rufas, atq; etiam flavas. Erunt igitur nonnullæ tenues atq; subrufæ, aut subflavæ. Nihil enim obstat quominus vrina cum tenuitate substantiæ bonum assequatur colorem. Nam pauca bilis, sed valde

Vrina  
 color  
 bonus  
 an acce  
 dere po  
 ssit an  
 te sub=  
 stantiā  
 median

DE VRINIS. 25.

valde rufa, aut valde flaua, non incrassata vrina, ipsam efficiet subrusam, aut subflauam. Non minus enim tingit vrinam, pauca bilis valde intensa colore, quam multa, colore remissa. Quapropter neq; illud verum putes coctionem prius efficere substantiam, quam colorem, cum color ex substantiæ bilis mixtione sepe accedat, & bilis tenuibus quoq; misceatur vrinis, vti rufæ tenui. Id vero animo serues oportet, quod bonus color non cuius tenuitati iungi potest. Nam non erit vrina aliqua extremè tenuis probè colorata, autore Gal. li. primo de mor. po. par. 3. cõm. ultimo, vbi exponens Hippo literam, qui dixerat, vrinae per totum morbum, boni quidem coloris erant; Sed tenues inquit. Nempe in calce orationis inquit: Vrinae per totum morbum, boni quidem coloris, sed tenues; exactæ siquidem tenues, coloris bonitatem secundū naturam habere nõ possunt.

Rufa autem vrina quæ apud Aetuarium fit, caritami floribus aqua dilutis, rufabile copiosus mixta cõficitur; quemadmodū & flaua, quæ crocæ Aetuarij respõdet, crocco in aqua dissoluto, bile flaua, mixta fusiõi vrinae fit, aut colore vi caloris valde flauescente, aut copiosiore adhibita. Fiunt itaq; vrinae tales sanis hominibus temperatura calidioribus, & quibus bilis abundat, iuuenibus maxime. In alijs verò etatibus morbi ratione, secuti et in scemineo sexu, sunt quoq; huiusmodi vrinae,

Vrina  
benè  
colorata  
nõ sunt  
extremè  
tenuis.

Rufa  
vrina.

# COMMENTARIUS.

his qui febricitant febre diaria ob animi quodam  
 piam pathema, ut iram, moerorem & sollicitu-  
 dinem, eis siquidem urinas rufiores fieri Gale-  
 lenus testatur libro primo de arte curatiua ad  
 Glauconem. Fiunt etiam ob inedia[m] & ob im-  
 modicam exercitationem, aut ob medicamento-  
 rum, aut ciborum calidorum ingestionem. Hinc  
 igitur notum euadet, rufum colorem urinae ac-  
 cedere posse, sicuti & flauum vna duarum occa-  
 sionum, aut quoniam in corpore bilis augetur,  
 aut quoniam caliditas vehementior fit. Primum  
 notum est, bilem quædam siue rufam, siue flauam  
 ubi non retineantur, sed cum urina ad portione[m]  
 emittantur, urinas reddere rufiores, ac flauiores.  
 Secundum etiam constat, quoniam calore pallida bi-  
 lis rufa, & rufa flaua, & naturalis, syncera red-  
 ditur, & ea ratione, flaua quatenus serosa pars  
 bilis pallide, calore absumitur, ut lib. 2. prog. in  
 expositione. 38. latè docuimus, calor igitur ab-  
 sumens, seroam partem bilis pallide mixtam, flau-  
 uam eandem efficit, nullo nouo humore, aut mate-  
 ria accedente, cuius pars cum urinae fusionem mi-  
 xta ipsam reddet flauam; de his tamen rursum a-  
 gemus in sequenti capite. Rubra tamen urina se-  
 reum sanguinis excrementum abundare signifi-  
 cat, Quod tamen bilis aliqua rubra sit, aut quod  
 rubram bilem significare valeat, non aduersatur  
 nostra sententiæ, Nam apud Galenum libro sex-

Rubra  
 urina,

to de morbis popularibus parte. i. comm. decimo quarto, rubrabilis vocatur ea quæ serum sanguinis existit. Hæc est etiam ratio ob quam non concrefcit, vt sanguis, quia serum est sanguinis. Sunt autem morbi in quibus rubræ urinae apparent salubres, siquidem sanguis humor benignus est, quod subrubris & perrubris est commune: nam omnes sanguinis serum abundare significant, præ rubedinis intensione. Idq; vbi morbus in venoso genere contingat, vti in continentibus febribus à sanguine: nam sæpe tales sunt obrenum imbecillitatem, quæ ad retentricem facultatem spectat, sicuti quæ ad venosum attinet genus, iecoris & venarum imbecillam coquendam, ob quam serosior gignitur sanguis, et aquosior. vel vt Gal. 2. prog. inquit significant exuperantiam sanguinis non exquisita ratione confecti, ac sanguinis serum cum vrina descendere.

Vrinarum itaque rubearum & subrubearum, meminit Galen. libro tertio de morbis popularibus par. prima comment. Hermocratis. Quoniam vero Hippocrates libro secundo, prognostico vigesimo septimo significationem vrinae subrubræ scripsit, eandem in vrinam rubram transtulit eo loco, significant autem salutem, & diuturnitatem: inquit enim Hippocrates: Si però vrina fuerit subrubea & sedimentum

## COMMENTARIUS.

Subrubeū, ac leue diurnior quidem hæc quàm prior est, valde tamen salutaris. Diurnitatem utique dicit hanc ostendere vrinam, neque simpliciter, sed vbi cūm vrina cuius sedimentum intermitti conferatur. Diurnior quoque ac deterior est vrina perrubra, mediū autem ambarum continebit vrina rubra, vt inquit Gal. lib. 2. prorrhe. comm. 25. Hæc autem vrina proluuiem renum significat, hoc est, renum imbecillitatem a deo magnan, vt sanguis ab ipsis affatim exculetur. Inquit etenim Gal. lib. 1. prorrhe. com. 31. Quam igitur aliam intelligit quis vrinam perrubram præter eam quæ ab omnibus sanguinolenta appellatur, quam plurimi ex nephriticis mingunt? Quod si hoc vult ostendere, simile quid significat ei, quod prius dictū est, ventris,  $\pi\epsilon\pi\acute{\iota}\tau\lambda\upsilon\sigma\iota\varsigma$ , id est, proluuiem perrubra. Quæadmodū enim illam diximus iecore languente fieri, ita ad eundem modū renibus malè affectis, vrinā perrubeā fieri dicemus. Solet in morbo regio hæc vrina apparere et pannos tingere. Tertio nāq; de mor. po. par. 1. Herocrates vrinā rubentē crassam minxit, et secutus est regius morbus. Quod si cū ea vrina eger crisis subierit, reuersio sperabitur, vt in eodem contigit: quoniam hæc vrina cruda est, & quæ sine notis coctionis iudicant recidiuam faciunt. Sed tamē de rubeis vrinis multa diximus in expositione. 27. li. 2. prog. In quarum numero est,

miv

mictus sanguinis, qui fit, vena in renibus rupta,  
 vbi frequētius id eueniat. Nam vbi breui id fiat,  
 poterit significare aliquam à natura factam eua-  
 cuationem, redundantiæ sanguinis, aliàs retenti:  
 aut fiet omisso exercitio, aut membro mutilato.  
 Fit quandoq; talis vrina ob anastomosim, & va-  
 sorum vrinam percollātium laxitatem. Quare  
 autem non semper vrina à sero sanguinis tinge-  
 tur, et rubea fiat diximus supra. Vineus verò co-  
 lor per rubro coloris proximus, hepatis similis est.  
 Huius coloris vrinam in plurimis cōspeximus sa-  
 nis & ægris. In sanis quidem copiosissimè bibe-  
 ntibus vrina nigra, quæ ob copiam renum facultas  
 non valebat percollare. Noui quandoq; duos se-  
 xagenarios, qui quoties iter agebant, vrinam  
 emittebant vineam, citra manifestam aliquam no-  
 xam. Quoniam autē noueram eos aliàs pati hæ-  
 morrhoidas, intellexi sanguinis facē ea via pur-  
 gari, facta ad renes ex motu deductione eius ex-  
 crementi. Alios etiam noui lapide renum labo-  
 rantes, & vineam vrinam mingentes, per inter-  
 valla. Ostendebant autem crassum sanguinem pa-  
 ratum generationi lapidis cum vrina transmitti.  
 Sanguinem quoq; significat assatū, cum ex nimio  
 solis ardore tales fiunt, aut in febribus vehemen-  
 tioribus. Licebit autē per acutos morbos salutē  
 aut mortem prædicere, ex huiuscemodi vrinis, a-  
 nimaduersis alijs, ex contento in vrina, bono, aut  
 ma-

Vinea v-  
rina.

Vinea v-  
rina in  
lapide  
renum.

# COMMENTARIUS.

malo, aut nullo: et ex aliarum facultatū constantia. Nam hæc vrina valdè magnam in febribus significat adustionem, sed morbus à sanguine fit.

**Passea  
vrina.**

Passea vrina adustionem bilis flauæ, & rufioris significat. Præcedit sæpe, & quandoq; committatur regium morbū, cūq; valdè secedat hic color à naturali, et magnā ostēdat bilis vstionē, robore viriū opus est, si æger superesse debeat.

**Viridis  
vrina.**

Viridis color hoc loco sequitur cui oleaceus adiunctus est. Viridis utiq; ostendit viam in nigrum colorem, apud Gal. li. 1. de crisi bus, cap. 12. Nos quidem li. 2. prog. in expositiōe. 39. docuimus latè causas generatiōis bilis porraceæ. Quā nouimus in ventre & venis generari. In ventre ex corruptione ciborum potissimū calidorū, & ob imperfectam coctionem. In venis tamen vnā tantū causam apud Galenum in eo loco legimus, nempe excedentem & exurentem calorem. Dixit enim, calorem præter naturam indicare, cum generatur in venis. Ipse verò li. 1. de crisi. ca. 12. de viridi colore dixit: Color verò viridis fit in transitu ad nigrū, & est quoddam principium nigri. Quapropter cum niger color, à calore & frigore fiat, fiet quoq; & viridis. Cæterum in transitu ad nigrum vi caloris viridem colorem accedere, omnes consentiunt, quod tamen frigore vincente id etiā fiet, testis est Gal. li. 1. prog. cā. 3. vbi exponens coloris chlori malitiā, inquit:

**Viridis  
color à  
frigore**

Vt pleriq; brassicam & lactucam chloros, id est, viridem appellant, qui quidem color nigrior est, quàm rubidus. Est etiam tanquam initiū quoddā nigri liuidiq; quem frigus perinde quasi nigrum effecit. Si igitur viridis color in vrina apparuerit, calorē aut frigiditatē ostēdet, hęc verò alijs distinguētur notis, quę adsunt, aut præcesserūt.

Aerugineus quoq; color amplius affata bile generatur, vt præfato loco docuimus, verū in vrinis nūquā is color inspicitur: quoniā & si in venis generetur æruginosa bilis perniciosissima, cū ipsa crassa admodū sit, vt mingatur eget multa dillutione, ac perinde color vrinæ remissior erit multo. Febres itaq; in quibus vrina viridis mingitur, vehemētes sunt & periculose, & in quibus cōuulsiones ab inanitione sæpe fiunt: pueris verò maxime, vti ex Hip. docuimus li. . . prog. in expositione. 34. Oleosæ verò vrinæ inter virides recēsentur, quas diuisimus, in tres species. Significānt aut omnes vehementem, ac colliquantē calorem. At verò tales oleo similes sunt, aut seruant bunt olei colorem, aut simul colorem & substantiam. Gal. tamen li. 3. de mor. po. par. 3. com. hist. in Thaso Parium, se vidisse, inquit, multas pingues vrinas in sanitate, & morbis, nunquā tamē aliquam quę tota pinguis, vt oleū sit. Quapropter etsi tales ex colliquatione fiant, nō ob id putandū est, colliquamenta ipsa cū substantia vrinæ misceri, quę à natura semper innatant, nunquam

tamen

Aerugineus color.

Oleosæ vrinæ.

## COMMENTARIVS.

tamen, aut substant, aut cōfundūtur, cūm tota ve-  
rinae fusione. Quod si calor colliguamēta vrat in  
malorum sedimentorum speciem excernentur,  
neque amplius pinguedinis, aut colliquatæ sub-  
stantiæ, naturam tenebunt. Futurum autem est,  
vt qui tales vrinas mingunt, aut ob febris vehe-  
mentiam pereāt, aut in hecticam aut tabem tran-  
seant. Attendendi quoque sunt oleosarum vri-  
narū ordines: nam quæ colore et substantia oleo  
similis est, ea est omnium pessima.

*Veneta  
vrina.*

De venetis verò, liuidis, & nigris vrinis modò  
agendū est. Sunt enim venetæ, & liuidæ, veluti  
via quædam perueniendi in nigras, vbi frigore  
vincente procedatur. Sed ambæ idem in specie  
significant, & si maior causa efficiat liuidum co-  
lorem, quàm venetum sicuti & nigrum, maior  
quàm liuidum. Venetæ porrò vrinæ à frigore  
fiunt, nūquam tamen à calore, sicuti neq; liuidæ.  
At fit quandoq; vt nō ob intemperie tales fiāt,  
sed ob humoris nigri mixtionem, vbi non adeo  
copiosus misceatur, vt nigram iam reddat vrinā.  
Liuidum colorem esse solius frigiditatis effectū,  
testatur Gal. primo li. de cri. & lib. primo prog.  
comm. 3. quod etiam latius comprobauimus li. 2.  
prog. in expositione. 8. Fieri verò liuidum colo-  
rem ob mixtionē paucam nigri humoris, docue-  
rat quoq; Gal. li. 2. prog. comm. 22. cūm inquit:  
Nigra deiectio ab atra bile syncera tingitur: liui-  
da verò

*liuidus  
color.*

da verò, vbi modica bilis modicè commiscetur. Verùm de hoc liuido colore mixtione genito, lege quæ diximus lib. 2. prog. in expositione. 9. Significant itaq; liuidæ vrinæ frigiditatem abūdantem, & innati caloris mortificationem, aut nigrum humorem, non multū, fusioni vrinæ misceri, id quod in morbis fit melancholicis, & post verbera, & plagas sanguine concreto, atque ea via expulso. Nigra tamen vnum trium indicat, aut calorem exurētem, aut frigiditatem interneccantem, aut multum nigrum humorem confundi, atque excerni cum vrina. At verò cum humor niger quidam sit naturalis, quidam concretione, talis (vt de plagarum sanguine diximus) quidam adustione genitus. Nigra vrina diuersas admodum notas præbet: quasdam salutis, quasdam etiam mortis: quas aliunde distinguere decet. Si quidem apparet iudicationis ratione in morbis longis sæpe, vt in quartanis & renum morbis, & retentis mensibus, & quandoq; hæmorrhoidibus, & lienis morbis, & melancholia morbo. Excernitur quoque vrina nigra in morbis acutis, humore vsto per vrinam secreto, in iudicationibus: postquam sensim in meliorem transitur statum, & probam vrinam colore, substantia, & contento. Quod si notis coctionis præcedentibus, vrina deinde nigra sequatur, notum est in bonum morbum processurum. Fuisse autem

Nigra  
vrina.

multos

## COMMENTARIVS.

multos in diuersis morborum generibus liberatos cum nigra vrina, retulimus in operis præfatione. Quapropter non decet hic eadem rursus repetere. Id tamē asseruisse sit satis, perniciosam esse nigram vrinam & lethale in acutis morbis, ita vt maxima ex parte moriantur qui ipsam mingunt. Nec tamen, perinde omnes morituros. Significat autem vstionē, aut caloris natiui mortificationē. Hæc est quam magis exitiosam dixerat Hippo. prog. 3 2. li. 2. quod verum est siue tenuis siue crassa ipsa fuerit. In sana quidem dispo-

**Sano ho** **mini nō** **reputamus,** nō enim vnquam accrescet in sanorū  
**mingi =** **venis niger humor,** ea copia vt vrinas tingere  
**tur ni =** **possit.** Siquidem is secundum naturam, parcior a-  
**gra vri** **lijs habetur in venis.** In morbis tamen vbi exupe-  
**na.** **rauerit,** ipsum excerni cum excremento seroso  
**Vrina** **robur virium ostendit,** quāuis vstus humor sit  
**nigra** **& bilem atram exquisitam referat,** vbi coctio-  
**ad salu** **nis præfuerint notæ,** etiam si talis fuerit vomit-  
**tem in =** **tus, aut deiectio.** Nam vt li. 1. de diffe. fe. in no-  
**dicium.** **stris commentarijs docuimus,** malos succos nec  
 corrigibiles, nec alitioni aptos, natura sæpe co-  
 quit, ac superat: quorū excretio in salutem mor-  
 bum commutabit, quod Gal. testatur li. de atra bi-  
 le, vbi atrorum humorum euacuationem aliquan-  
 do cum notis coctionis fieri concedit: & de ip-  
 sa atra bile exquisita idem testatur li. 4. aphor.  
 comm.

commentario. 22. ubi postquam cum Hipp. dicitur  
 nauit excretiones atræ bilis factas morbis inci-  
 pientibus, addit: Quando igitur post morbi co-  
 ctionē aliqs humor vitiosus excernitur, tūc cor-  
 pus à natura expurgatur, & propter hoc atrabi-  
 lis, & alius omnis huiuscemodi humor, ubi signa  
 coctionis in morbi processu apparuerint, bonam  
 significant euacuationē. Nec tamē putes nigram  
 urinam cū in morbis acutis excernitur, posse ali-  
 quando mingi citra vstionem, aut refrigeratio-  
 nem. Sed cum vstionem ostēdit, possunt notæ eo-  
 ctionis adesse & bona crisis superuenire. In lōz-  
 gis verò morbis contingit, à refrigeratione, aut  
 vstione humorem fieri nigrum & morbum conc-  
 citari, qui deinde coctionē admittat, & bonam  
 iudicationem & salutarem exitum. Nunquam ta-  
 men niger apparebit color sine vstione, aut refri-  
 geratione. Exemplum est apud Gal. li. 1. de crisi-  
 bus, idem vt in exterioribus rebus in nigris substi-  
 dentijs euenire dicens. Nigræ verò subsidentie,  
 inquit, vel excedentem caliditatem, atque ignea-  
 am ostendunt, vel ex frigiditate vehementi ex-  
 tinctionem. Sic enim & extrinsecus nostri cor-  
 poris partes affici videmus nigro colore, partim  
 scilicet ex nimio calore vt qui se soli exposue-  
 rint, partim ex vehemēti frigore & veluti mor-  
 te corū, quemadmodū in senibus, & quibuscū-  
 que alijs supramodum refrigeratis, in sanis ve-

## COMMENTARIVS.

rò humor melancholicus, in optimis humorum  
confectionibus quæ in iecore fiunt, subsidens;  
neq; adeò copiosus est, neque adeò niger, vt vri  
nam aut deiectionem tingere valeat. Apparen-  
tibus autem nigris vrinis in morbis, vstionem et  
refrigerationem, siue natiui caloris stinzione  
disces: quoniam liuidæ vrinæ refrigeratis antee-  
dunt: flauæ verò, rubræ, & passæ vstionem pas-  
sis. Aëtius quoque lib. 5. cap. 44. liuidas anteece-  
dere dicit, nigras ex refrigeratione: flauas verò  
eas quæ ob vstionem. Sed de coloribus hæc suffi-  
ciant, ad substantiam vrinarum accedamus.

\*

## CAPVT SECVNDVM

### De signis ab vrinarum sub- stantijs.



VBSTANTIA VRINAE  
eadem est, cum ipsius consisten-  
tia: hæc verò ipsa vrinæ fusio  
est, cuius extrema sunt, tenuitas,  
veluti aquæ, et crassitudo, qualis  
in vrinis iumentorum reperitur: mediocritas ve-  
rò, qualis in temperatis hominibus, quæ inter  
extrema prædicta exquisitè continet medium.  
Hæc est Gal. doctrina li. 2. progn. comment. 26.

vbi

Vbi de optima vrina dixit: Necessario verò erit modicè pallida, consistentia media inter tenuem & aquosam, ac corpulentam, qualis iumentorum habetur. Idem in comm. 30. & li. primo de crisi- bus cap. 12. optimam vrinam, statim mediocrem crassitudinem habere dixit. Duo verò alia veluti extrema explicuit, cum aut vrina non consistit in humorem, aut cum nuper conturbata est. Et capite eodem duo extrema enarrans alterū proponit vrinam aquosam exquisite, & alterū conturbatam. Neque crassarum vrinarū aliam fecit mentionem, quàm conturbatarum, easdem omnino reputans. Et meritò quidem, non enim alia ratione vrina tenuis, crassa reddi potest, quàm vbi aqua ipsa, siue fusio vrinæ cum alia crassa substātia misceatur, ac cōfundatur. Id verò nihil aliud est quàm vrinā fieri turbidam. Interim ergo dum fusioni vrinæ adeò parum bilis misceatur, vt ipsa modice perspicua maneat, nondum turbata dicitur, sicuti neq; crassa: cum verò iam valde multa humoris et eorum quæ cum vrina mingūtur copia, cum vrinæ fusione confunditur, crassa eiusdem fusionis substātia redditur, ac perinde turbida. Ita vt turbulentia æqua mensura cum crassitudine nanciscatur vrina. Cum verò minus iusto misceatur, fusio vrinæ redditur tenuior, atq; perspicuior. Considerata itaque vrina optima, consistentia, quæ veluti metrum est aliarum,

Vrina  
crassa  
& turbida  
idē sūt.

# COMMENTARIUS.

**Urina** reliquas, quo ab ipsa secesserint, dicemus aut te-  
**optima** nues aquosas, atque perspicuas, aut crassas, tur-  
**consi-** bulentas, & opacas. Nam & opacitas perspicuis  
**stentia.** tati opponitur, & turbida opaca sunt, omnes ta-  
**Turbi-** men colores confundit opacitas, ac turbulencia:  
**de vri-** opacitas siquidem impedit, quò minus ambientis  
**næ opa** lumen peruadat urinae corpus, color autem vri-  
**ca sunt.** nae talis apparet, vt supra diximus, nò tantum ob  
 verum humoris urinam tingentis colorem, sed  
 ob apparentem, qui ex luminis & opacitatis mi-  
 xtione nascitur. In turbatis itaque urinis, quae  
 valde turbatae sunt, praesagia, quae à coloribus  
 sumuntur, non parum confunduntur: urina verò  
 alba crassa à vitrea pituita splendet quidem, sed  
 perspicua non est, nec confusio & conturbatio,  
 quamuis crassitudinem efficiat, splendorem adim-  
 nit, sed perspicuitatem. Porro omissa urina opti-  
 mae consistentiae, quoniam de urina omni ex parte  
 inculcata postea dicemus, de tenuibus & cras-  
 sis primum agamus. Urinae extremè tenues, vt  
 inquit Gal. lib. 1. de mor. po. par. 3. com. vlt. bene  
 coloratae esse nò possunt, sed tales albae sunt. Te-  
 nues autem & albas urinas, notum est aquosas  
 esse, quas Hippo. appellat albas perspicuas: quae  
 verò tales sunt crudum valde significant morbū  
 & imbecillitatem facultatis naturalis, & mor-  
 bi longitudinem, & mortem, vbi nò consent vi-  
 res: maxime in pueris, vt lib. 2. prog. dixit Hip-  
 po.

**Urinae**  
**extre-**  
**mae te-**  
**nues.**

po. quoniam hæ valde absunt à puerorum natura. Ceterum interest, nam aut tenuis & aquosa vrina statim mingitur, parum inquam à potu, aut non. Si statim mingitur ex Gal. deterior est quàm alia, siquidem non tantum cōcoctricis, sed etiam retentricis, ostēdit imbecillitatem. Est hæc affectio diabetes, & vrinæ profluuium, simile lientericæ, copiosæ autem succedere bibitam aquam sine renum calore ac vehementi tractione, non fiet, aderitq; in renibus dispositio qualis per caninam famē in ore ventriculi. Aquosa verò vrina quæ retinetur, simplicem significat affectionem, quæ tenet facultatem coctricem, sed extremam. Sed obijciat aliquis aduersus præsentē sententiam. Nam peior videtur vrina aquosa, quæ non statim mingitur, quàm quæ retinetur. Quæ enim retinetur vbi retenta non coquatur, summam significat imbecillitatem coctricis: quod si non retenta non coquatur, non perinde accusanda est coctrix, quæ sine tempore agere non solet, sed sola ipsa retentrix. Nos quidem quantum attinet ad vrinam aquosam, quæ statim mingitur, vbi aliunde non constet, nūquam imbecillam valde asseremus coctricem facultatem. Gal. nanque lib. 5. de locis pa. cap. 3. similem esse dicit diabetes caninæ appetentiæ ventriculi, atque in hac alimentum immodice capi, ob appetitus vehementiam. Tractum verò deinde alimentū facultatē

Diabetes.

7 COMMENTARIUS.

retentricem grauari, atque deinde ventris sequi  
 lienteriam, cibo celeriter descendente. Idq; pa-  
 ri modo in diabete contingit, renes nempe im-  
 modicè ad se trahere potum, & venas exsiccā-  
 re, eas verò quæ in ventriculo sunt potum co-  
 piosum auidè cupere. renes deinde ipsum ce-  
 lerrimè trahere, quod à iecore ad venam vsque  
 cauam delatum fuit. Cum verò ipsi serum co-  
 piosius attraxerint, ob imbecillitatem retine-  
 re nequeunt, delabi permittant. Quod si re-  
 nes ante tempus coctionis aut perficiendæ, aut  
 aggrediendæ potum trahūt, quàmuis in partibus  
 iecoris & venarum coctricis facultatis robur  
 adsuerit, aquosa mingetur vrina, quam ob tem-  
 poris breuitatem, nec vallidissima facultas, supe-  
 rasset. Quod tamen, quantum satis est retenta  
 vrina, cruda labatur, ita vt pro temporis ratione  
 coctionem passa non fuerit, manifestè docet co-  
 ctricem facultatem in extremo languidam. Non  
 retineri verò vt in diabete fiet, ob atractricis  
 vehemenciam, ob quam plus iusto trahitur, &  
 ob retentricis imbecillitatem. Quod si adhuc Ga-  
 len. sententiam veram esse defendere velis, di-  
 ces, vrinam aquosam statim mictam ostendere  
 imbecillitatem coctricis facultatis, quatenus nul-  
 lam defert secum bilem. Licet enim breui per-  
 maneat in ventre, & iecore, atq; cito admodum  
 hæc permeans ad renes percurrat, valebit quidè  
 bilem

bilem aliquam secum deferre, à qua tingatur, ne omnino aquosa permaneat. Quod verò talis appareat, & cito, duo docet, venum imbecillitatem adiunctam vehementiæ tractricis, & in iecore & venis calorem, & bilis defectum, ac perinde coctricis imbecillitatem. Albæ verò & perspicuæ urine, quæ tenuis alba est, meminit Hippo. Apho. 72. sectionis. 4. dicens: Quibus urine albæ perspicuæ malæ, maxime verò in delirantibus apparent: sic enim legi debet Aph. Et Galenus in commentar. aquosas urinas dicit easdem esse cum albis perspicuis, ubi non tantum cruditatem ostendere dixit, sed flauam bilem in caput rapi. De eadem quoque dixit Galenus lib. 2. prog. commenta. trigesimo secundo. Aquosæ urine tenues quidem substantia sunt, colore verò albæ, summam humorum cruditatem indicantes. Diximus autem capite præcedenti urinam albam significare humorem tingentem urinas, in partem aliam secedere, quod sæpe fit versus caput, licet quandoque fiat bile, in ventrem elapsa, aut in corporis ambitum traducta. Ex se quidem tales urine morbos longos ostendunt, ob cruditatem, quæ tempus indicat, & in quibusdam mortem, in quibus vires non possunt diutius permanere. Ipsi verò constantibus, Hippocrates dixit prog. trigesimo tertio. li. secundi: Quibuscunq; tenuem ac crudam longo tempore

Albæ  
perspi-  
cuæ uri-  
næ.

## COMMENTARIUS.

mingentibus urinam, si cætera ut in conualituris  
 inditia fuerint, ijs abscessum ad partes septo  
 transuerso inferiores expectare oportet. Quam  
 sententiã nos ibidem latius enarrauimus. Quod  
 si in morbo acuto talis urina apparuerit, cum a  
 deo breui coqui non possit, magis lethalem esse  
 dixit Hipp. prog. 33. eiusdem libri. Est etiam in  
 ter perspicuas urinas altera, similis uino albo te-  
 nui, quam cruditatẽ etiam significare dixit Gal.  
 li. 1. de crisibus, atq; ex pauca rufæ bilis mixtio-  
 ne fieri. Hæc quoque urina tenuis & perspicua  
 si maiorem bilis copiam succiperit, subpallida  
 reddetur, & cruditatem ostendet: uerũ si adeo  
 copiosa fuerit bilis, ut biliosam reddat urinam,  
 erit hæc cuius meminit Gal. li. 4. Aph. com. præ-  
 facto dicens: Quibusdam enim urinae perspicue  
 non tamen albæ fiunt, quæ scilicet tenuem habent  
 substantiam, colorẽ uerò biliosum. Hæc est quam  
 Hippo. prog. 30. li. 2. rufam tenuem appellauit,  
 dicẽs: Quãdiu urina fuerit rufa tenuis, crudum  
 significat esse morbum. Hæc perspicua est, sed  
 minus splendet, quàm si flauesceret, cum tenui-  
 tate, uerum in biliosis morbis apparet, sed adhuc  
 incipientibus, quando quidem ab ipsa nihil sepa-  
 ratur, quod coctionem ostendat. Id enim probe  
 admodum docuit Gal. lib. 1. de crisibus cap. 12.  
 dicens: Quare neque simpliciter Hipp. vitupe-  
 rauit urinam rufam, sed quando simul cum ru-  
 fedine

Urina  
 similis  
 uino al-  
 botes  
 nui.

Rufate  
 nuis uri-  
 na.

fedine habuerit subtilitatem. Ita igitur inquit: Quamdiu rufa fuerit ac tenuis, morbum crudū significat. Liquet autem quòd neq; aliquid subfidet huiusmodi vrinis, neq; enim contingit, vt quæ tenuis sufficienter fuerit, vel si multo tempore quietasteterit, aliquam recipiat secretionem, adeò vt crassior pars, quæ in ipsa p̄debat, subsideat, tenuior verò superferatur. Nam hoc solum aduenit his, quæ aliquam crassitudinem habent. Hæc itaque vrina quemadmodū & aquosa sed subpallida, debilis & oculatæ coctionis nota est. Ostendit nanque vtraque earum nondum finitum esse morbi principium. li. primo de crisibus cap. 17. & Hippo. prog. 31. li. 2. inquit: Si autem diuturnus fuerit morbus, & vrina talis fuerit, periculum est, ne homo sufficere non possit, donec vrina concoquatur. Porrò vrina rufa tenuis, colore non ostendit cruditatem, sed quoniam tenuitati est iunctus: rufus nanque color quandoque perfecta apparet coctione, vt in sanis hominibus, libro primo de crisibus, vbi inquit: Nam & ex ipsis sanis, qui multum laborant & pauciori cibo vtuntur sunt vrinæ biliosiores: quare neque simpliciter Hippocrat. vituperauit vrinam rufam, sed quando simul cum rufedine habuerit subtilitatem. Quemadmodum verò supra probauimus, colorem vrinæ accedere posse sine substantiæ mediocritate: ita modo di-

## COMMENTARIUS.

cemus substantiam mediocrem fieri posse, nondū  
 accedente colore. Nam ab Hipp. vituperatur vri  
 na rufa tenuis: quoniam ipsam crassam & rufam  
 fieri posse nouit. Poterit ergo fieri rufa & mo-  
 derata substantia. Sic etiam alba tenuis, crassa,  
 moderata fiet. Ex dictis sequi uisum est nobis,  
 in eius prognostici expositione, rufam posse fieri  
 Vrinae color bi in eius prognostici expositione, rufam posse fieri  
 fariā ac vi urinam, aut addita bilis copia, aut ipsa synce-  
 cedit. riore reddita, vi caloris. Quod sub distinctione  
 nonnulli eorum, qui nos etate præcesserunt, re-  
 liquerunt scriptum. Aut enim (dicebant) urina  
 significat ipsam seream & aquosam partem, quæ  
 urina est, & urinae fusio à nobis appellatur. At-  
 que hanc nonnunquam vi caloris aliquem color-  
 rem assequi asseruerunt.

Si tamen urina totam substantiam commi-  
 xtam ex aquositate serea & bile, quæ cum ipsa  
 delabitur significet: solus calor alteratione ual-  
 lebit urinam coloratiorem reddere, & procul-  
 dubio rectè admodum hæc dixerunt, cum qui-  
 bus nostra ex loco citato consentit sententia.  
 Nam si quis in exterioribus rebus aquam magno  
 igni applicuerit, & ipsam diu ebullire permisce-  
 rit, nunquam aqua colorem assequetur.

Talis est serea pars, atque aqua urinae fusio,  
 quæ quamuis diuersorum humorum serum esse  
 possit, id non alia ratione deprehenditur; quam  
 quod

quod vnius aut alterius particulam tingentem, secum defert: qua ablata, omnia sera, aquea, & veluti pura, ac perspicua aqua reddentur. Hac ratione & si diutius à calore patitur, nunquam colorem admittet. Verum si quis aquam multam cum pauca terra Sinopidis miscet, parum tincta apparebit aqua: quam si igni admotam diu ebullire permiseris, omnino coloratiorem reddes, caloris actione aquæ parte dissoluta, & in vaporem versa, nulla externa substantia superueniente.

Id est quod nos in prognosticorum expositionibus diximus, & modò constantissimè asseueramus, urinam mixtam pauca bili, aut pallide, aut utcunque remissi coloris, posse bisariam transire in aliam coloratiorem, aut nouæ bilis accessione, aut caloris actione, & perseverantia.

Primum nemo dubitat, secundum hinc constat, quòd pallida bilis, quæ colore remissa est, assatione, & serosæ humiditatis vrinæ, quam secum mixtam habet, discussione, flaua redditur, dicente Galeno libro de atra bile: Iam verò alius humor aliquis amarum semper apparet, ipsum vomentibus, non semper autem flauus, verùm pallidus nonnunquam est, quo flauus crassior perpe-

## COMMENTARIUS.

tuo conspicitur. Quare non ineptè hinc sumunt coniecturam, qui de humoribus optimè sentiūt, humiditatis aqueæ ac tenuis mixtura, flauam billem pallidam apparere, nonnulli aquosam humiditatē vocant, quidam serosam, huius generis existentem vnde vrina & sudor prouenit. Sicut vero tenuis humoris temperatura bilis colore pallidior & consistentia humidior euadit: ita cū impensius ipsa digesta fuerit, discussa q̄, oui vitello similis videtur. Ex his et multis alijs quæ à nobis ibidem dicta sunt, ad eiusdem rei comprobationem, notum euadit, humorem coloratum, colorationem quoq; reddi, sola caloris actione, ac nulla alia substantia accedente, idq; in vrinis, ac pari etiam ratione, euenire.

Sūt qui obstrepant aduersus hæc, atq; inquiūt: Cū sera diuersorum humorum diuersa sint, differentes colores, à diuersis fient seris, non ab humorū accessione. Rursus Gal. 1. de crisibus, & secundo prog. com. 30. vbi vrina colore remissa fuerit, vt ad mediocritatem perducatur, bilis augmentum spectat. Non ergo solo calore accedet color. Præterea si caloris actione colores vrinarum mutantur, pituita nunquam non mutabitur in varium colorem, cū nunquam non patiatur à calore. Præterea Gal. libro. 3. de causis sympt. tres tantum modos mutationis colorum corporū scripsit; nempe succorum à naturali forma recessum

sum, aut in profundum redditum, aut in cutem effusionem, de quibus non est caloris actio. Tam igitur si solius caloris actio urinae colorē variaret, imposturae quidem forent, quae de urinarum coloribus traduntur, maximè illud, Rubeus urinae color à sanguine manat. Coacti sumus haec in medium afferre, non quod existimemus hosce cauillos quidpiam aut probare, aut suadere, aut quod ex eisdem vel tantillum frugis colligi debeat: sed quòd intelligamus quandoq; decere huiusmodi argutias soluere, vt tyronum ingenia ab his qui veritatem obscurare conantur, vindicemus. Quod enim primò diximus sera diuersa diuersos urinarum colores afferre, ingenuè fate mur. At verò serum humorum urinam tingens, non sine humoris portione accedit: quòd si seruū urinam tingit, id humoris delati ratione facit, quod affirmamus saepe fieri. Quod etiam secūdo loco adduximus, nemo negat ad naturalis coloris urinae perfectionem bilem exigi, quae vbi copiosior accedit, colorationem reddit urinam. Verū qui haec asserit, non negat ex augmento caloris pariter fieri urinam coloratiorem, eiusdem bilis colore aucto: veluti per inedia, & febres diarias. Neq; video cur Galen. testem adducant, ex libro. 2. progn. comment. 30. siquidem eo in loco, eorum opinionem funditus euertit, cum inquit: Urina naturalis modicè pallida est, vt pote

## COMMENTARIVS.

ex humore consistens cocto, qui flauæ bilis partium recepit. Hæc ubi modum excedat, aut admodum syncera permiscetur, urina rufa apparet. Bisariam itaque apud Galenum, urina rufa conficitur, aut bili rufa copiosa accedente, aut eadem synceriores facta. Redditur autem syncera assatione, vi caloris, ut ibidem docuimus, calor ergo synceritatem bili, & urinae colorem, affert. Quod verò de pituita asserit aduersarius, fatemur pituitam calore mutare colorem, veluti cum in sanguinem transit coctione, aut rursus ex sanguine assatione in bilem. Nec tamen in differendo peritus inde colliget, semper fieri, quod aliquando fieri valet: non enim omnes pituitæ mutationes adeò magnæ sunt, ut in alium colorem, & speciem ipsam perducant. Concedimus quoque cum Galeno colores corporis illis tribus modis mutari. Verum qui hæc affirmat, non negat cutem Aethiopsis calore denigrari, & bilem atram vstione fieri, quæ sunt simplices mutationes, caloris vi. Neque inde sequi putamus præfugia confundi: neque omnes colores ex omnibus fieri posse existimamus, aut quouis modo. Definiti enim sunt modi quibus bilis colorem augere potest in urinis, duo nempe prædicti.

Calore.

Calore tamen transit pallida bilis in rufam, & rufa in flauam, & sanguis ex subrubro in rubrum, & perrubrum. Atque nunquam rufa fiet flaua nisi caloris actione, neque vrina rubra apparebit, nisi sero sanguinis redundante. Comprobat hanc nostram assertionem Actuarius libro primo de iudicijs vrinarum, capite sexto dicens: Caliditas verò paulò excedens modum, vrinam subauream, atque subcroceam reddit: sed aucta vbi fuerit, eam efficiet auream & croceam. Loquitur autem ibidem de nudis intemperantijs. Quod si hæc experimento, rationibus, & antiquorum placitis vera esse constat, nemo eisdem citra liuorem, aduersabitur. Sed si cum tenuitate substantiæ vrina rubea fuerit, duplici ratione cruditatem & morbi longitudinem ostendit: tum quia serum sanguinis non exquisitæ confecti indicat, tum quia tenuitas in crassitiem, ac mediocritatem non nisi temporis spacio mutatur. Quamobrem Hippocrates libro secundo prognosticorum probe admodum dixit, subrubeam vrinam, diuturniorem esse, ea quæ mingitur quandoque sincera, quandoque cum sedimento albo leui & æquali, atque eandem admodum esse salutarem. Non tamen salubriorem prædicta, vt quidam de eisdem agens,

Vrina  
rubea  
tenuis.  
præc

## COMMENTARIUS.

præue intellexit. Quæ enim intermittit, ab optima secūda est, non tertia, ut libro 2. prog. in expositionibus nostris probauimus. Rubra præterea vrina deterior quàm subrubra est, & per rubra omnium harum pessima. Coniungitur autem nonnunquam cum vrina tenui niger color, quam Gale. dicit tempore egere ad coctionem. Intelligendum vbi coqui debeat. Tenuis nanque & nigra vrina, ob nigredinem est valde pernitiōsa, cæterum si liberari debet æger longoeget tempore, ut in commentario Heropiti, qui vrinas nigras tenues minxit, sicuti & Apollonius in abderis, & mulier austera in Thaso, & altera in Cyzico. Neque ignoro autorem li. de vrinis, negare vrinas nigras tenues, & Aëtium. libr. 5. cap. 44. dixisse, rarò aut nunquam reperiri vri-

**Vrina** nam nigram tenuem. In summa vrina tenuis signi-  
**tenuis** ficat cruditatem, frigiditatem nudam, morbo-  
**quia in:** rum initia, mortem cum imbecilla facultate, cū  
**dicet.** robusta longitudinem, in alijs abscessus, in quibusdam recidiuas, ætatem verò senilem, sexum fœmineum, & obstructionem renum, aut iccoris, aut viarum vrinæ, ob quam sæpe fit, ut crassior vrinæ pars retineatur, tenuiore percollata. Neq; est cur id dubium videatur, aut longa egeat verborum cumulata copia, siquidem in omnibus liquidis, quæ se nobis collanda traduntur, sæx atq; crassior liquoris pars in panno, aut vase

sc

se collatorio relinquatur, tenuiore procedente,  
 & penetrante, etiam si substantia summam ha-  
 beat partium mixtionem, ut vinum. Neq; obstat  
 quod urinae crassae mingatur, nam meatus renum  
 non sunt adeo angusti, ut non admittant urinam cras-  
 sam, ut constat in urinis valde conturbatis, ac ve-  
 luti iumentorum: illae enim quamuis crassissimae,  
 renum meatus peruadunt. Sed euenit quandoque  
 ut humor percollandus, qui cum urina secernitur,  
 valde letus sit & viscidus, qui adhaerescens me-  
 tibus retinetur, reliqua tenui parte percollata.  
 Quandoq; non sic, sed crassum cum tenui proce-  
 dit, quia crassum non haeret. Praeterea, ut dixit  
 autor li. de renum affectus dignotione & medi-  
 catione, in senibus magis sunt in renibus lapides,  
 in pueris magis in vesica: quoniam concreta est  
 substantia humorum in senibus, in pueris vero  
 fusa. Ea ergo substantia quae concreta est, in re-  
 nibus detinetur, reliqua urinae parte collata: in  
 quibus vero fusa est humorum substantia, urina  
 crassa descendit, & renes penetrat. Tales sunt  
 humores qui in urinis puerorum procedentes  
 ipsas crassas reddunt, & qui urinas alias contur-  
 bant. In obstructionibus vero iecoris utrunque  
 fit: nam quandoq; apparent urinae tenuis, quo-  
 niam humores obstruentes refrigerant iecur, &  
 languente facultate coctrice, urinae tenues ac cru-  
 dae minguntur: atq; euenit, ut obstructio non fit

Obstru-  
 ctio cau-  
 sa est te-  
 nuitatis  
 urinae.

## COMMENTARIVS.

adeò magna, vt vrina percolletur. In hac tamen dispositione, quemadmodũ penetrat crassa pars vrinae, ita & alimentum, quod procedit ad mēbrorum alitionem, aut paulò minus. Sed fit quãdoque obstructio adeò magna, vt neque alimentum digeri, neque vrina crassa permeare queat. Nihil igitur prohibet quominus obstructio renũ & meatuum vrinariorum & iecoris vrinam tenuem reddant, docente experimēto singula percollata reddi tenuiora, vt aqua aut vinum, si per spongiam, aut mortarios lapideos percollentur. Neq; obstat Gale. qui cruditatē ostendere tenuē vrinam dixit. 4. li. de sanita. tuen. & .i. de crisi. Nam signum quod non est proprium sine re significata inuenire licet. Itaq; tenuis vrina in febribus, nisi morbus alter, vt obstructio adfuerit, cruditatem ostendet. Comprobat nostram assertionem Gale. li. .i. de loc. pa. qui vrinam aquosam dicit esse, signum lapidis vesicae: tales verò obstructione fient. Et Aëtius de calculosis renibus dixit: Vrinae circa obstructionis principium, paucae aquosae minguntur. Crassitudo tamen vrinae, deinde venit consideranda, quam diximus non fieri absque aliqua humorum commixtione, ac confusione, maiori, aut minori. Ceterum Hippo. crassas vrinas appellat eas quae naturalibus sunt crassiores, vt in prognostico sexagesimo quinto libri secundi docet Galenus idem in commenta-

Crasse  
vrinae.

rio. Atq; is est omnium intellectus. Dicitur etiam crassa vrina, quæ admodum crassa est, & multò crassior naturali, vt in prognostico trigesimo secundo libri secundi. Appellat etiam quædam crassam vrinam, naturalem, & moderatam, vt in aphorismo septuagesimo sexto, & septuagesimo septimo sectionis quartæ. Abuitur tamen nominibus Hippocrates, vt inquit Galenus. At verò in presenti opere crassam nos dicemus vrinam eam, quæ est naturali & moderata crassior. Redditur autem talis vbi accesserit humor: nam sine ipso syncera ac pura vrinæ fusio, non potest non esse tenuis & aquosa. Significat autem hæc humorum crassitudinem, eorum rudentem redūdantiam: & vt inquit Actuarius, cutis condensationem, quæ humores exprimit cum vrina. Indicat quoq; morbi principiū, in quibusdam: humores tamen qui vrinæ accedunt aliquid quando valde cōmixti, & subacti cū vrina descendunt, aliquādo parū. Quapropter ex vrinis crassis ac conturbatis, quædam resident, & clarificatur, quædam tales perseverant, quāuis sint quædam quæ claræ mictæ sunt, sed extra turbantur, vbi videlicet confusio nondum facta est, sed proximè futura. Omnium quidem turbatarum vrinarum indicium est, flatuosum spiritum commisceri, quem calor generauit: is etiam

Turbatis  
vrinis  
flatus  
adest  
est.

## COMMENTARIUS.

nim flatus, humores cum urina fusione consumit, nondum coctione finita, siue enim crassior, siue tenuior iusto urina fuerit cruditatem significat, ut Gal. 1. li. de crisibus cap. 12. docuit dicens: Hoc autem intelligere licet ex his quae tenues ac purae excernuntur, posthac vero vel remanent semper tenues, aut paulo post conturbantur, quoniam utraq; coctione caret. Eo autem differunt, quod altera nondum coqui cepit.

ἢ ὅτις φουσάδῃ αὐτῷ πνεύματι ἀναμίμνῃσι ἔραχῆτις, ὅτι αὐτῷ τοῖς υἰοῖς οἰοῖς τοῖς ἐπιζήνοισι γίγνεται. quod est. Altera vero quoniam conturbatio quaedam, qualis nouis vinis adhuc efferuescentibus fit, spiritus flatuosos ei miscuit. Vox enim passiuā ἀναμίμνῃσι in actiua significatione usurpatur, quod saepe facere consueuerunt Attici, quemadmodum ἔ vocem actiuam in passiuā significatione. Id dixerim propter eos qui cum alias linguae proprietates ignorent, literam hanc mendosam iudicant: quidquid enim delirant interpretes plectuntur typographi, nihil autem est, quod correctione egeat in praecitato loco. Conturbatarum autem urinarum tres habentur differentiae apud Galen. li. 4. de sanitate tuenda. Et 1. lib. de crisibus ca. 12. aut enim mingitur urina clara, sed extra turbatur, aut mingitur turbida ἔ sic permanet, aut turbida mingitur ἔ clarificatur, ac subsidet album, laeue ἔ aequale

æquale. Prima omnium pessima est, postrema op- Contur-  
 tima, medio loco dicta, media etiam est bonitate batarū  
 & malitia, quæ ex his quæ ab eisdem significan- vriarū  
 tur nota euadūt: Nam vrina clara mista atq; ex- diffe.  
 tra turbata, lib. 1. de crisibus, debet incipere co-  
 qui, quod est nullam manifestam naturæ actionē  
 ostendere, sed egere longo tempore ad coctio-  
 nem. At verò lib. 4. de sanitate tuenda id non si-  
 ne distinctione asseruit. Nā diuersa nota sumitur  
 ab ipsa vbi statim turbetur, aut vbi post: inquit  
 enim: Si enim quum emingitur pura sit, protinus  
 verò turbetur, iam crudi succi coctionem aggre-  
 di naturam docet. At si interposito tempore tur-  
 betur, non protinus, sed post aggressuram insi-  
 nuat. Vrina verò quæ turbida mingitur ac talis  
 permanet, vigentem adhuc conturbationem, &  
 in sanguine agitationem ostendit: verū quæ min-  
 gitur turbida, atq; statim residet album, leue, et  
 æquale, morbum significat haud multò post cō-  
 coquendum. Sed tamen lib. 4. de sanitate tuenda  
 rursus id sub distinctione patet: nam aut sta-  
 tim subsidet, quod diximus album leue, & æqua-  
 le, & superiorem longe naturam succis quos cō-  
 coquit ostendit: sin bonum sit quod subsidet, sed  
 quod post longius interpositum tempus colliga-  
 tur, etiam naturam temporis spatio superaturam  
 succos nuntiat. Quod si omnino nihil subsideat  
 vel malum, naturæ imbecillitas significatur. Nā

## COMMENTARIUS.

tura itaque cum succos crassos & à natura alienos coquere debet, primum conturbationem efficit, cum videlicet aggreditur coctionem, siquidem flatus, qui ex actione caloris generatur, cum substantia humorum mixtus, eosdem confundit, cum urina fusione. Verum cum urina clara mingitur, quæ extra turbatur, nihil quod patere sensui possit effecit natura, quod enim extra turbatur id tantum docet, humorum adesse redundantiam, & cum urina secerni, atque iam à natura fuisse commotos. Quod si paulò post turbantur urinae, non parvam adesse commotionem, & viam ad coctionem: verum si longè post turbetur, etiam naturam coctionem aggressurã, interim verò agitare humores. Hæc autem agitatio & commotio viget, quando urina quæ mingitur, turbida est, & talis manet: neque aliqua manifesta coctionis nota in ipsa apparet, neque tunc finitum est morbi principium, libro primo de Crisibus cap. decimosextimo ex Gale. At verò cū subsidet turbida urina & quod separatur optimum est, constat coctionem ferè in totum perfectam esse, ac parum admodum conturbationis inæqualis superesse. Idè enim eis evenit quod vinis cum generantur feruente muto, nam ad finem ebullitionis & fermentationis clara manent, & sine conturbatione subsidente sæcè à vino secreta: humorum verò fer-

# DE VRINIS. 41.

non clarificat ad finem ipsos, subsidentia separata: hanc intellige sedimenti boni generationem. Sunt ex his quedam adeò turbatae ut urinis iumentorum per similes sint, de quibus Hippocrates Aph. septuagesimo sectionis. 4. dixit: Quibus urinae turbatae, quales sunt iumentorum, his dolor capitis vel adest, vel aderit. Atque haec quidem ut Gal. inquit in commentario, si subsideant significant cito finiendum morbum, si contra morbi longitudinem, aut cum langore mortem, quemadmodum & omnia cruditatis signa. Dolorem tamen capitis ostendet, quoniam ut Galenus inquit, urinae veluti iumentorum à materia fiunt & crassa & densa, & à calore agitata: flatus verò cum calore promptè fertur in caput. idem lib. sexto de morbis popul. par. 5. com. 15. & lib. 3. de mor. po. in comment. Hermocratis hanc conturbationem ab spiritu flatuoso fieri dicit, quam turbationi musti confert, quemadmodum li. 1. de crisi bus. cap. 12. nouis urinis adhuc feruescentibus. Talis est urinae conturbatio, quae in corpore fit humoribus crassis, à calore agitata, atque commotis, mixtisque cum urinae fusione: sed quandoque adeò magna est, ut post mictum urina perseveret, aut talis ut non perseveret, sed singula heterogenea separètur, atque urinae fusione clara manente reliquum subsideat. Caterum quare urinae quae minguntur clare, deinde turbantur, dubium est

Turbatae urinae capitis dolore ostendunt.

Urinae quae extrahuntur.

## COMMENTARIUS.

est apud Actuarium agitatedum. Nam si à frigore externo turbari urinas dixeris, quare non omnes quæ eidem aëri frigido exponuntur, simili modo turbantur, sed quædam ex eis omnino clare permanent? Rursus si à frigore turbantur, æstate non turbarentur, Præterea eiusdem hominis in eodem tempore, siue simili aëris temperiæ urina hodie turbatur, & cras non turbatur, non ergo fit ab aëre turbatio, Euenit quoque vt ex urinis quæ extra turbantur quædam igni appositæ iterum clarificentur, quædam non. Nos quidem breuitati consulentes aliorum prolixitatem vitabimus, & barbarorum opiniones prætermittemus, ne videamur velle libros efficere maiores, quàm pro re de qua agitur. Urinæ quæ extra turbantur non habent vnicam causam, sed duplicem: alteram internam, alteram externam, Interna est calor cum humorum copia, calor etenim quandoque humores commouet, non tamen eos confundit, cum urinæ fusione, verum sic commotos aliqua ex parte cum urina transmittit. Quod si ipsos non tantum commoueat, sed commotos confundat, amittet quidem urinæ fusio natium splendorem ac turbabitur urina, quum autem sola commotio facta est, non tamen confusio, urina clara mingitur atque splendens. Causa autem externa accedit, hæc est frigiditas ambiētis, aut pauca, aut multa, quæ splendorem corrūpit

pit

pit, corrupto calore, qui seruabat eundem. Calor enim, ignis naturam sapit, & ignis splendet, præ omnibus rebus corruptibilibus. Hac de causa in minus frigidus aere fit tarda cõturbatio, & quoniam que ante fuerat agitata et cõmota, à frigore superueniente confunduntur. At vero vbi vrina extra turbata iterum concalescat, vi caloris pristinum recuperat splendorem, quem absque ipso ob humorum confusionem frigore factam, seruare nullatenus potuit. Hinc notum euadet, quare quedam cito, quedam tarde in eodẽ aere turbantur: non enim habent omnes parem humorũ abũdantiam mixtam. Notũ etiamest eadẽde causa, quare eiusdẽ hominis vrina quãdoq; turbatur, quãdoq; nõ in simili aere. In corpore tamẽ turbatio, à nimia humorũ cõfusiõe fit permixto flatu. Constat etiam ab externa turbatione aliquã corporis dispositionem ostendi, siquidem non omnino ab ambientis dispositione pendet. Hanc Aristot. vrinarum conturbationem, concretionem appellat Aristot. li. quarto. meteo, cap. 7. vbi vrinam acetum, vinum, & lixiuium dixit, non inspissari à frigido, sed concrelescere: & cap. 8. dixit concretionem fieri à frigido, calidi expressione. Interna tamen turbatio vrinæ à calido fit, hæc autem à calore exalante humidum ac terrenam flatuosam, & aquosam substantiam confundente. Præterea si crassa vrina fuerit rubea sanguinis

Aristot.  
contur-  
bationẽ  
vri-  
narũ  
exter-  
nã intel-  
lige ap-  
pellat  
concre-  
tionem.

## COMMENTARIVS.

crassi abundantiam significat, & febres continentes, & sanguinem fœculentum mingi. Crassa verò & nigra, magnam vstionem, aut copiosam nigrorū humorū expurgationem. Crassa flaua raro cōspicitur, quæ significat bilem synceram abū dare. Crassa rufa modice coctum morbum biliosum ostendit, & salutaris est, vtraque ratione: nam colore, & substantia coctionem ostendit, licet non integram.

\*



## CAPVT TERTIVM

De signis ab vrinarum quantitate.



QUANTITAS vrinæ non parū nobis præbet indicationem, eorū affectuum qui in humano corpore consistunt, sicuti & causarum prægressarum, à quibus ortū habere. Hæc quidē aut moderata est, aut à debito modo recedit: id verò excessu, aut defectu. Mōdū seruare ea vrina dicetur, quæ potus quātitati  
responz

respondet & serosa humiditati in alimentis  
 præexistenti. Quod si à debito modo recesserit,  
 causæ euidentes sunt aduertendæ: si enim aliqua  
 earum non fuerit vrinæ mutandæ occasio, cor-  
 poris dispositio accusanda veniet. Euidentes ve-  
 rò, siue prægressæ causæ, quæ vrinæ quantita-  
 tem variare solent, ac iusto maiorem ipsam red-  
 dere, hæ sunt. Magnus potus, præcipuè vini  
 aquosi, alimenta admodum humida, humore  
 aquoso, non viscido, aut tenaci, vt melopepo-  
 nes, & pepones, & alimenta liquida, & aquo-  
 sa. Vsus medicamenti alicuius habentis vim va-  
 reticam, ea enim sanguinem in serositatem con-  
 uertunt, præterea frigiditas ambientis, quæ se-  
 ream sanguinis superfluitatem exprimit, &  
 humorum dissolutionem impedit. Vbi verò ni-  
 hil horum in causa fuerit, corporis dispositio-  
 nes sunt perquirendæ: fiunt enim vrinæ copio-  
 siores, vbi humores crudi ac crassi coquantur,  
 quoniã mēbra ex ipsis nutriūtur, et excrementū  
 separatur, quod deinde exernitur, id verò aquo-  
 sum cum fuerit per vrinas demādabitur. Euenit  
 quoque talis vrina in iudicationibus à natura  
 factis, non pauci siquidem morbi iudican-  
 tur superueniente vrina multa, veluti Hip-  
 pocrates dixit quarta sectione, Aphorismo  
 69. Quibus vrinæ crassæ grumosæ non sine fe-  
 bre, multitudo eueniens, ex his tenuis iuuat.

Causæ  
 vrinæ  
 copiosæ

Humo-  
 rū co-  
 ctio vri-  
 næ quæ  
 titatem  
 auget.

præcis

## COMMENTARIUS.

*Vrina  
multa  
alba cra-  
ssa finit  
morbū.*

præcipuè verò tales veniūt, quibus ab initio vel breui sedimē habent. Vrina ergo quæ multa crassa, atq; alba morbum finit, qui aliàs abscessu foret finiendus, ut Hippo. dixit apho. 74. eiusdem sectionis. Præterea Gal. li. 1. de mor. pop. par. 2. commen. 41. inquit: Ut enim per ventrem sæpius totum corpus expurgatur, sic & per renes & vesicam. Colliquatione quoq; facta dicemus copiosam reddi urinam, ut in febribus quibusdam, atq; imbecilla facta, & demortua facultate retētrice vasorum. Præterea mingitur vrina copiosior exsiccato ventre: vrina siquidem multa noctu micta paucam significat deiectionem. Copiosissima quandoq; redditur, & immensa vrina in diabete, neq; tamen manifestè excedens potū. Renes enim vehementi caliditate immodicè trahunt, & anticipant tempus, & sicciores relinquunt partes ventris, in quibus bibendi cupiditas excitatur, cui si potum adhibeant egri, is à renibus rursus attrahetur, ac perinde repetito fient. Ita verò vrina copiosa redditur multa aqua à renibus tracta, minime tamen retenta, ob retentivis imbecillitatem. Motus etiā corporis uti cursus, aut equitatio urinam augent partibus lumborum & renum commotis & agitatīs, & ad easdem partes tractis excrementis, potissimum serosis. Contrariæ causæ ac dispositiones corporis efficiunt urinam quantitate paucam, veluti

par

*Causæ  
paucæ  
vrinæ.*

paruus potus: is enim materiam præstat urinæ. Alimēta arida, sicuti & glutinosa, & valde crassa, quæ meatus obstruant, & medicamenta eiusdem naturæ, exercitatio quæ in ambitum corporis digerat excrementa serosa, ac eadem discutiat paucam efficiunt urinam: cuius generis est sudor multus, qui urinam paucam relinquit. sunt etenim ex eadem materia. Ventris etiam fluxus urinæ copiam minuit, humore in viam alteram relegato. Vehemens quoque febris humores absumendo minuit, quemadmodum & renum imbecillitas: quorum attractrix nec serū trahit, nec sanguinem ab eodem mundat, vti eorundem ex pultriciis langor.

## CAPVT QVARTVM

De signis ab vrinarum contentis.



QVOD Græci παραφυσίμετρον appellant, nos urinæ contentum dicimus. Est autem id quid quid in urina cōtinetur, præter urinæ fusionem. Sunt qui spumam, & circulum ab urinæ contentis separent: spumam quidem quæ nihil aliud sit præter fusionis substantiam & inclusum flatum: circulum verò quod sit extrema supreme superficie, iuxta matulā circumse

## COMMENTARIUS.

Cōtēta  
urinarū  
trifariā  
distinguntur.

Cōten-  
torum  
quantitas  
consideratur.

cumferentia, quam coronam vocant, ea verò liquoris pars est. Contenta tamen trifariam distinguuntur, quantitate, natura, & loco: quantitate namq; aut est multum, aut paucum, aut moderatum. Naturam verò internoscimus colore, odore, aut substantia: ex loco distinguuntur contenta, nā aut subsidet in ima matule parte, Græcis ὑποσφοδρῆς; aut in medio appendet, quod appellatur ἀνασφοδρῆς, id est, appendiculum: aut supernatat, quod νεφέλη, id est, nebula dicitur. Quamvis libro. 2. progn. in expositionibus nostris dictum sit, apud Hippocr. vocem νεφέλη, significare non tantum, quod in urinis supernatat, sed etiam quod suspenditur, esseq; commune nomen nebule, & appendiculo. Nos verò cum Gal. singula contenta prædictis nominibus distinguemus. Vbi contenta quantitate moderata fuerint & reliqua naturalia non mutantur, probam significant coctionem ventris, iecoris & venarum, atque naturales facultates constare, & corpus bene nutriri. Sunt enim contenta bona, alimentorum excrementa, que à natura separantur & excrementantur, cum autem moderatam quantitatem excedunt, cruditates ostendunt: hæ vero sequuntur otium, ingluuiem, intempestiuam ciborum assumptionem, atque eorundem frigidam, & crassam naturam, balneum, aut exercitationes à cibis, tempus quoque hyemis & ambientis frigiditas hoc

idem

idē faciunt, impedita humorū attenuatione, &  
 resolutione. Fiūt etiā cōtēta copiosa, natura ius  
 dicationē aliquā excercēte, atq; humores victos  
 cū vrina excernēte. In sanis itaq; et aegris copio  
 sa ac bona contenta saepe fiunt: vnica tamen cō  
 muni ratione, qua videlicet crudi humores, qui  
 à natura victi sunt, & superati aliqua ex parte  
 cū vrina excernūtur, ostendentes eorū quæ in  
 venis relinquūtur dispositionē. Docet id vrina  
 quæ mingitur in sanis interim dū coctio & san  
 guinis cōfectio in iecore et venis peragitur: hæc  
 siquidē copiosum optinet cōtentū. Ea verò pera  
 cta, vt inquit Gal. lib. 1. de crisi. vrinae contentū  
 minuitur & color augetur. In morbis verò fe  
 brilibus humor superatus, qui putrescebat: velut  
 ti in cineris formam versus, in speciem contenti  
 fecernitur, apud Galenum li. 3. de presā. ex pul.  
 cap. 7. In sanis itaq; pars chyli, quæ cōfectio  
 nem integram effugit in iecore & venis separa  
 tur in contenti speciem. Atque si in vasis pars  
 improbè in sanguinē mutata cōtineatur dominā  
 te natura formā cōtenti boni cōsequetur. In fe  
 bribus verò pars cruda è ventre in iecur & ve  
 nas delata, atq; superata à natura, pars quoq; ad  
 cineris formā cōuersa ex humore putrescēte, in  
 vrinis cōtinetur. Cæterū de loco generationis et  
 separationis contentorum bonorum latè disse  
 ruimus libro primo prognosticorum in annota  
 tione

Locus  
 genera  
 tiōis cō  
 tentoriū  
 bonorū.

## COMMENTARIVS.

tionibus in vltimum commentarium, quapropter ad eum locum lectorem ablegamus. Porro quãuis contenta vrinarum bona materiam habeant ab humoribus crudis, qui non superantur, ita vt alitioni membrorum seruiant: generationem naturali coëctrici facultati acceptam referunt: non enim transeunt in contentum bonũ crudi ac crassi succi, nisi cum à natura vincuntur, quemadmodum in iudicationibus, & summis morborũ vis-

**Puerorũ vrinę coëctiũ.** Ac perinde fit vt pueri copiosum mingant contentum, quoniam præter id quod cruditate aceruant, robustissimam habent altricem facultatem membrorum. Cum verò abunde alimentur, abundans seggregat excrementum, victum à natura. A coëctionibus enim supersunt excrementa. Excernitur etiam quandoque copiosum sedimentum in vrina, rupta aliqua interna inflammatione, micto pure, id fit in iecoris inflammationibus, & supuratis renibus, aut vesica, aut meatibus vrinarijs. Distinguitur id à bonis cõtentis, quoniam pus quãuis bonum, non est adeò albũ, & id substernitur vrinę in ima parte matulę. Odor quoque puris facile ab odore sedimenti distinguitur, aut digitis affricatum, aut carbonibus iniectum: puris nanque grauior est odor. Tum etiam quoniam agit at vrina, difficilior cõmiscetur pus fusioni, quàm contentum bonũ, ac deinde citius residet, et aggregatur. Vrina quoque

que in mictu puris non est omnino bene colorata. Cum autem in matula pus conspicitur, si locū à quo fuit excretum distinguere velis, id à loco doloris, & magna, aut parua cum vrina confusione accipies. Suppurationē quoq; pulmonis cum vrina euacuatam Gal. li. 6. de locis patientibus refert, cap. 4. Natura enim valida semper inuenit viam materiebus, & si crassæ sint, inquit, sep. secti. apho. comm. 5. Mingitur quoq; in vrinis contentum quantitate paucum ob inediam. Si quidem alimenti defectus minuit humorum & excrementorum copiam. Rursus exercitatio eadem excrementa discutit, euacuatione sensum effugiente. Minuit etiam contentum euaporatio facta à calore ambientis. Significat non minus obstructionem viarum, siquidē in obstructionibus vrinæ percollantur. Impotens quoq; natura contentorum minuit quantitatem veluti dolor, quoniam natura ad partem dolētem mittit excrementa. Sicuti & inflammatio eadem ad se trahit, quemadmodum cucurbitula. Cause tamē quæ cōtentum minuunt auctæ, idem omnino auferunt. Contentorum autem natura in primis colore distinguitur, optimum namq; cōtentum album esse debet: quemadmodum enim in tumoribus præter naturam, & vlcerebus pus generatur, ita in vasis vrinæ contentum bonum, vtrobique vincente natura, & assimilante. Conatur enim natura vt

Natura  
viā ma-  
terie-  
bus in-  
uenit.  
Pauco-  
rū con-  
tentorū  
causa.

Conten-  
torū na-  
tura.

# COMMENTARIVS.

agens naturale, mutare alimentum, atque excrementum nō valde malignum, in sui substantiam; quod si id non consequatur, quoad fieri possit sibi assimilat, quapropter in tumoribus præternaturam pus generatur album, quoniam solidarum partium agentium color est albus. Talis est color vasorum, atque contentorum bonorum, quæ ab ipsis agentibus & vincentibus generantur. Sed de his libro primo prognosticorum in annotationibus in vltimum commentarium. & libro primo de differentia febrium, commentario capituli octauo latè diximus. Quod si contentum ab hoc colore fuerit diuersum, varium erit à naturali, & optimo, atque eo deterius quò magis ab hoc colore discesserit & nigrum omnium pessimum. Ex nigris verò contentis quomagis adimum locum contenderint, eo erunt deteriora, vti ex bonis & albis inferiora, meliora: hoc enim summè vincentem, illud verò summè victa ostendit naturam. Sūt tamē ex eis, quedam alba crassa, quæ ostendunt pituitam, vt pallida, aut flaua, bilem. & rubea sanguinis abundantiam. Meminit eius cōtenti Hippo. lib. 2. prog. dicens: Si verò vrina fuerit subrubra, & sedimentum subrubrum, ac læue, diuturnior quidem hæc quæ prior est, valde tamen salutaris: vinea verò & passæa contenta, sanguinis affationem significant. Substantia

Nigra  
cōtenta  
quæ pe  
iora.

Stantia verò distinguntur contenta siquidem immodicè crassa, nimiam significant vitionem, & humorum crassorum redundantiam. Tenuia tamen contenta aut imbecillitatem caloris, aut humoris tenuitatem, aut flatum significant mixtionem, aut omnia. Substantia quoq; inæquale redditur contentum, cū leuorem nō seruauerit, sed fuerit aliqua parte tenue, aliqua verò crassum. Quod in suppuratis tumoribus facile est videre. Pure enim manāte pars conspicitur crassa, pars quandoque tenuis, & pars mediocris: talis est dispositio phymatum non æqualiter cōmature-scentium, bifidorum, et circūquaq; durorū, apud Hippo. lib. 6. de morbis po. par. 1. sectio. 14. Succedit hoc loco dicere de prauis quibusdam contentis, de quibus agemus, vbi prius quæ reliqua sunt de natura & loco contentorum dixerimus, atq; de notis coctionis à contentis per morborū tempora. Ex odore bonum agnoscimus cōtentū, quod omnino fœtore priuatū est, aut quāminimè fœtet. Si enim ex humoribus non putrescentibus & sano homine, sedimētū vrinæ, aut quoduis contentū bonū conficiatur, erit quale dixit Gale. lib. 1. prog. comment. vlt. non vt sanguis cōmutatum, neque vt pus causæ præter naturam particeps, in generatione: si verò in febribus contentum separaretur vincente natura, erit id quāminimè fœtidum, vt apud Galenum libro

Cōtentorum  
 substantia.

Odores  
 cōtentorum.

# COMMENTARIVS.

Conten  
torū lo  
ca.

1. de diffe. feb. cap. 8. Loca pariter contentorum non parum variant eorundem significationem. Nam quoddā apparet in suprema matulæ parte, quoddam in media, quoddam in infima, vñ quodæ que tamen horum quo magis ab imo loco, seruata natura subleuatur, maiorem flatus significat mixtionem, lib. 3. de mor. po. par. 3. in hist. in Larisa virginem, vbi delirium ex accidenti significare dixit, per totam verò matulam diffundi & dispergi, maximam flatus copiam ostendit. Substantia nanq; quæ suapte natura, ad imum locū descenderet, vbi cum flatu misceatur leuior redita ascendit. Quod faciunt vtres aëre pleni, qui secluso aëre in aqua submerguntur. Significat quoque vrinæ contentum bonum, diuersam coctionem: nam cum subsidet summa adest coctio, minorem verò coctionem significat appensidiculum, & nebula adhuc minorem. De his tamē probe admodum dixit ac citra controuersia autor. li. de vrinis Gal. adscripti, loca contentorū non ostendere bonum aut malum, sed quantitatem bonitatis docere, contentum enim album, læue, & æquale omne, bonum est, magis autem bonum, quod descendit, quàm quod ascendit, veluti, nigrum omne malum, & deterius quod ad imum vergit. Quapropter bonitatis mēsuram tantum, ex loco desumetur, non bonitas. Sūt tamen quidam humores, qui adeò tenues sunt à

Conten  
tum ex  
loco qd  
indicet.

natura vt omni flatu secluso in suprema matula parte adhuc subleuati teneantur. Quare in bilio sis morbis coctionē integrā intelligemus, nō dum humore mutato, in appendiculū, aut sedimētū. Sufficit enim ad coctionē, in eis nebula alba, aut appendiculum æquale album, & leue, vt dixit Gal. 1. lib. de cri. ca. 12. veluti & Aëtii. li. 5. ca. 29. qui bonum colorem ad coctionem in eis mor bis sufficere dixit. Quod tamen ad appendiculū & nebulam attinet ratio probat. Putandū enim est humorem biliosum tenuem tantam mutatio nem passum, cum ad formam & crassitudinem nebule, aut appendiculi deuenit, quantam huius mores crassi cum ad formam sedimenti deducti fuerint. Præter id quod à bile pauci flatus ele uantur qui discuti debeant ad coctionis integri tatem, integræ enim cocta est bilis quāuis con tentum supernatet in vrina, quandoquidem in summo vigore id fit. Improbè autem quis dixe rit, minorem coctionem adesse bili supernatanti quā pituitæ subsidenti, Siquidem in sum mo vigore vtraque summè cocta est, vtriq; enim integrè natura dominatur, & vtraque affecuta est summum naturæ opus, quod assequi potest, etiam si bilis sublimis maneat, & pituita subsi deat. Subsident enim graue à flatu liberum, & su pernatat leue: etiam si sit à flatu liberum. Et li cet verum sit omne humidum dum coquitur va

Coctio  
integra  
sine vri  
næ sedis  
mento.

Falsum  
est bilē  
in for  
mane  
bule in  
statu nō  
esse pro  
be co  
ctam.

## COMMENTARIUS.

pores mittere, non tamen sunt hi qui bilem coctam  
 subleuant, sed propria & natiua leuitas. Præter  
 id quod flatus qui tenues sunt, discutiantur, &  
 euolantes non commiscantur cū substantia rei,  
 minime verò qui à bile oriuntur, pauci quidem  
 & tenues admodum. Ex his omnibus colligamus  
 contenti optimi naturam atq; perinde vrimæ op-  
 timum. Est aut hæc, subrusa aut subflaua, modicæ  
 crassitudinis inter albam aquosam, & crassam,  
 qualis iumentorum, modicæ quantitatis, cū sedi-  
 mento albo, leui, & æquali: & in morbis venosæ  
 generis cum materia, quàm minime foetidum, in  
 quibus integram atq; perfectam indicat coctio-  
 nem & summum morbi vigorem, atque securi-  
 tatem & iudicij celeritatem. Apparentibus nam-  
 que integris notis coctionis, vbi humoris peccan-  
 tis euacuatio sequatur, non potest non finire ad  
 bonum morbus, sine euacuatione verò multi post  
 notas integras coctionis moriuntur, neque un-  
 tes humorem vitiosum excernere. Prætermitto  
 modo causas externas. In morbis quidem venosæ  
 generis vbi expultrix facultas non constauerit,  
 fieri poterit, vt post coctionem non sequatur e-  
 xcretio. Quapropter Galen. libr. 3. de crisibus.  
 cap. 3. dixit: Siquidem ego cum millies dum cri-  
 ses fieret interesset, neminem vnquam vidi inte-  
 reutem, qui cū signis coctionis crism habuisset.  
 Et rursus cap. 5. inquit: Neq; enim vel animo co-  
cipi

capi potest, quod post morbi exquisitam coctione  
 ne crisis mala sequatur. in morbis quoq; qui ex  
 tra vasa sunt post coctione, quae ab sputo in mor  
 bis thoracis spectatur, & in tumoribus & vlce  
 ribus genito pure, vbi non sequatur excretio,  
 quandoque moriuntur aegri. Exemplo sunt lib. 1.  
 de mor. po. par. 2. sectione. 25. Cratistonaecte &  
 ancilla pictoris. At vero si duo morborum gene  
 ra coniugantur vt inflammatio & febris vnun  
 quodq; suas exposcet iudicationes, siue excre  
 tiones, vt Zoilus li. 2. de morbis po. qui post pus  
 ris emanatione sudore opus habuit ad salutem,  
 quoniam febricitabat. & Anaxion libro. 3. de  
 morbis popula. par. 3. praeter sputoru reiectio  
 ne, crism per sudore est passus. Quamobre Hip  
 po. recte praecipit in morbis extra venas vrinas  
 inspicere, Aleu enim pattebatur. 3. li. de mor. po.  
 apud Tisamenum mulier, cuius vrinas inspicie  
 bat Hippo. & Gal. in com. inquit: Parua igitur  
 ex vrinis, vbi bonae sunt, vt ita habentes seruen  
 tur, est spes: no parua vero in exitium vergentia,  
 si male fuerint. Nota autem est huius sententiae cau  
 sa, nam quamuis cocta sit vrina potest non sup  
 purari inflammatio, & absq; suppuratione, non  
 liberabitur aeger. At vero si vrina mala fuerit  
 pessimum est indicium, quod ostedit naturalem  
 facultatem minime constare, per corpus vni  
 uersum. Hac itaque vrina sedimentum ha  
G iij      bibit

# COMMENTARIUS.

bibit albū ob ea quæ diximus, & λεῖον, id est, leu-  
 ue, quasi dixeris omni parte simile, & ὀμαλόν,  
 id est, æquale. Et quàmuis dictio Græca, atq; La-  
 tina significare possint in partibus æqualitatē,  
 quod in pure probe diceretur, in contento tamē  
 vrinæ apud Hipp. qui dixit ipsum esse leue, &  
 æquale, & leue significat partium æqualitatē,  
 reliquū est, vt ὀμαλόν, significet, vt inquit Galē.  
 perseverans, ita vt tale appareat, non semel, sed  
 sepe, & ad finem vsq; morbi. Quapropter singu-  
 le totius diei vrinæ medico erūt inspectandæ,  
 vt coctionis perseverantia cognoscatur. Quæ e-  
 nim mingitur cū sedimento albo, leui, & æquali  
 verū intermittit & quādoq; syncera mingitur,  
 diuturnior est prædicta, verū admodum salu-  
 taris. Hæc enim, vt inquit Gal. lib. 1. de crisi-  
 bus, semicoctos ostendit humores. Sic ergo ab vrina  
 singula morborum salubrium venosi generis tē-  
 pora cognoscet medicus. A principio vrina min-  
 gitur, aut alba aquosa, aut similis vino albo te-  
 nui, aut mediocriter subpallida, aut, vt inquit Hi-  
 pocrates, rufa tenuis, aut, vt Gal. lib. 1. de crisi.  
 capit. 17. turbida quæ talis permanet, aut clara  
 quæ extra turbatur. Hæc enim debet incipere  
 coqui. Augmentum verò indicat vrina, quæ ne-  
 bulam habet albam, aut appendiculum æquale,  
 & album, in morbis qui subsidentiam habere  
 debent, aut rubens nebula, aut tale sedimentum,

Vrinæ  
 omnes  
 inspe-  
 ctandæ.

Morbi  
 tempo-  
 ra ex  
 vrina.

aut

aut sine his vrina modicæ crassitudinis, & pallida. Præterea quæ mingitur turbida & tardè clarificatur, & subsidet album, leue, et æquale, & quæ intermittit, ita vt aliquando syncera, aliquando cum bono mingatur sedimento. Saturnum verò indicat vrina optima dicta, ea nempe quæ præter substantiæ mediocritatem bonum colorem habet, & sedimentum album, leue, & æquale. Nam vt Galenus inquit libro primo de crisibus capite decimosextimo, non sufficit ad statum nebula sola, aut bonum appendiculum: quo fiet vt adesse velit sedimentum bonum. Confundit autem non parum lectores Galen. in eo loco: dixerat enim prius: Quo modo igitur in primo die febris ad statum peruenisse dicatur? Quo modo aliter, quàm si statim habuerit signa coctionis? Deinde verò explicans eas notas coctionis, quæ ad statum exiguntur, inquit: Nebula quidem sola, aut quibusdam suspensionibus bonis factis, status tempus nondum adest, quàmuis Græci codices, quos legi omnes habeant,  $\delta\upsilon\tau\omega$   $\pi\acute{\alpha}\rho\epsilon\sigma\iota$ , legendum autem,  $\delta\upsilon\tau\omega$   $\pi\acute{\alpha}\rho\epsilon\sigma\iota$ , hoc est, nondum adest. Quod si status tempus non adest, cum nebula, aut bono appendiculo, sedimentum erit necessarium. At verò inquit ibidem: Quemadmodum igitur iam suppurata inflammatione febrem in statu consistere non contingit, aut dolorem obiare, eodem

Statum  
quæ vri  
na indi-  
cat.

Cōfun-  
dunt les-  
tores  
varia  
Gal. ver-  
ba.

## COMMENTARIUS.

modo neque si quidquam in urinis subsideat exquisitè optimum . Ecce modo negat febrem in statu consistere, quando in urina subsidet ali- quod sedimentum optimum, & prædixerat, id esse ad statum necessarium . Non minus quo- que confundit lectores, quod secunda sectione aphorismorum, commentario vigesimo nono, dixit: Dispositio siquidem à qua symptomata generantur, quam & morbum nominatus, non omnino dum morbus consistit, est fortior: ve- rum in his qui saluari debent, multò melior, quàm in morbi principio . In hac enim oratio- ne opponit, maiori morbo, meliorem . Cum tamè ipse libro tertio de crisi- bus, capite quarto, & sæpe alibi, distinxerit morbi magnitudi- nem, à malignitate . Quapropter magnus mor- bus, siue vehemens (idem enim sunt libro pri- mo de crisi- bus, capite tertio) paruo opponitur. & melior deteriori . Quod tamen ad rem ip- sam attinet, status tria habet tempora, in pri- mo & secundo coctiones maxime fieri, notum est, apud Galenum, prima sectione aphorismo- rum, commentario septimo, & octauo & pri- mo & tertio de crisi- bus . In ultima tamen par- te status coctio perfecta in totum est . Atta- men à prima parte status, iam sedimentum al- bum, leue, & æquale apparet in urina, & præterea coctiones adhuc celerime fiunt,

Status  
partes,

DE VRINIS. 51.

ut totius humoris subiecti secundam extensio-  
nem natura dominium integrum assequatur: ut-  
terim tamen semper apparet bonum sedimen-  
tum predictum in urina. Ant tamen per id tem-  
pus morbus summam magnitudinem assequatur,  
vel ante id, non sine distinctione respondendum  
videtur, sed seruanda Hippocratis doctrina ex  
libro primo de morbis popularibus, parte tertii,  
quam nos explicuimus libro secundo de differen-  
tia febrium in commentario capituli decimisepti-  
mi. Inclinatio verò nullam habet ex urina co-  
ctionis notam. Siquidem quod summè coctum  
est amplius coqui non valet. Summè autem  
coctus est humor in vigore, & talis perseuerat.  
Cōstante namq; facultate coctrice, adeò ut mor-  
bum ad integritatē coctionis deducat, nullū est  
periculum retrocessus, aut deterioris status. Co-  
ctionem tamen prætergredi amplius, nemo rectè  
dicet: nam status, postremā partem cōprehendit,  
in qua totus humor, ad integritatē coctionis, per-  
ductus est. quod docent optimæ iudicationes,  
quæ eo tempore perficiuntur. Dices fortè, Gale-  
num libro de generalibus morborum tempori-  
bus dixisse: Quapropter nullus morborum si-  
nientium est, qui non quatuor hæc tempora  
percurrat: non tamen ex alio quopiam, atque  
cruditatis, & coctionis signis, quæ ex recre-  
mentis deprehenduntur, cognitio ipsorū constat.

Responde

Urina  
nullam  
præbet  
ex co-  
ctione  
inclina-  
tionis no-  
tam.

BIBLIOTECA

## COMMENTARIVS.

respondemus Gal. in eo loco nō dixisse. quatuor, neq; enim in Græcis codicibus ea pars habetur. Dixit enim, hæc tempora, nō hæc. 4. tēpora, quæ verò cognoscuntur tria tantum sunt, nempe principium, augmentum, & status. Adduces iterum Gal. qui eodem loco dixit: Post vigorem sequitur declinatio, qua & symptomatum magnitudo, & humorum copia cessat. Restat in ea non nihil humorum adhuc, qui coctionem requirunt. Non ergo in totum perficitur coctio in vigore. Hæc ratio nihil me iudice probat, id enim non in omnibus fieri Gal. putavit: Nā in morbis qui crisi finiuntur, qui etiam seruant humorem ad indicationem, notum est totum humorem intra id tēpus, coctionem integram suscipere, non spectata declinatione. Nam vt Gale. vult li. 3. de crisi bus cap. 5. iudicationes in summis morborum vigoribus fiunt. Quod si ab eis aliquid conoquendum esset reliquum, nulla talis esset proba iudicatio, siquidem crudorum humorum euacuationes, nunquam fiunt in bonum, aut in egrotantis commodum. In alijs autem morbis qui neque totum humorem ad finem & iudicationem asservant, neq; crisi finiuntur, veluti vlcera & inflammationes, à quibus aliquid resudat, vt & lateralis morbus, & quædam ex febribus, verum est, post summū vigorem, aliquid relinqui concoctionē spectans. Inclinat enim magnitudo morbi ante coctionis humoris

humoris peccantis absolutionem, vt nos quoque  
 docuimus lib. 2. de diff. febrium in nostris com-  
 mentaris. Cæterum quàmuis in febribus, quæ an-  
 tè vigorem nullam manifestam habuerunt eua-  
 suationem, id parum cōcoquendum relinquatur,  
 nunquàm tale ex vrina post summum vigorem  
 peractum, aut notabis, aut ostendes, aut referas  
 quid est id. Nam paucum reddi contentum, non  
 est coctionis, sed paucitatis humorū nota. Quod  
 si dixeris id esse crassius, in pure, fortè verum di-  
 ces, sed in vrinæ contento, constat id non reddi  
 crassius optimo contento, nisi vbi post integram  
 coctionem amplius à calore exsiccetur & in-  
 crassetur. Verum si ita est, tibi etiam contradicet  
 Gal. Dixit enim, in declinatiōe aliquid relinqui,  
 quod spectat, aut desiderat coctionem. At quod  
 spectat coctionem nondum coctum est, non ergo  
 exsiccabitur, & incrassabitur amplius, veluti co-  
 ctionis modum excedens, sed tale funditus appa-  
 rebit, quale in summo morbi vigore & si quan-  
 titate minus. Malè igitur asseris post summum  
 morbi vigorem, vrinæ sedimentum maiorem ostē-  
 dere crassitudinem, aut aliquam coctiōis notam,  
 quæ inclinationi debeatur. Id verò vehementius  
 videtur vrgere contra ea quæ asseruimus: dixi-  
 mus enim: Sedimentum album, leue, & æquale os-  
 tendere, summum morbi vigorem: nam in febris  
 pituitosis ab initio apparet in vrina præ-  
 dictum

Vrinæ  
 quæ ab  
 initio  
 morbi  
 sedime-  
 tum ha-  
 bent.

## COMMENTARIUS.

dictum sedimentum, autore Gal. li. 4. apho. com.  
60. ubi cum de urinis quæ ab initio crassæ sunt,  
& iuxta iudicium tenues minguntur, ageret, in-  
quit: Contingit enim aliquando vel per initia  
morbi, vel non multò post, urinas factas crassio-  
res, propter gravitatem habere sedimen. His igitur  
urinis sedimen, bonum signum non est, sicuti  
alijs. quæ ab initio tenues existentes, ratione to-  
tius morbi coctionis, sedimen capiunt. Confir-  
mat eandem sententiam Aëtius lib. 2. sermone. 1.  
capite. 30. Accedit quoque autor libri de urinis,  
capite ultimo, asserens, aliquando ab initio co-  
piosum sedimentum apparere in urinis ob cru-  
dos humores, et id deinde attenuari, & transire  
in appendiculum, & deinde in nebulam, ac deci-  
pere idiotas, putantes morbum vergere in peius.  
Ad quod dicemus, primò quo pacto id contentum  
à bono & optimo, quod in summis morborum vi-  
goribus apparet, distinguatur. Deinde eiusdem  
effectus causam adhibebimus. Quando morbus pi-  
tuitosus incipit, ubi copiosè cum urina pars pitui-  
tæ excernitur (quemadmodum in morbis bilio-  
sis incipientibus fit, quoties urina rufa tenuis  
mingitur) subsidet multa pituita. Sed tamen uris  
næ substantia, post subsidentiam, remanet iusto  
tenior: & ut inquit autor libri de urinis Gale.  
adscripti, male colorata, utrunque enim efficeret  
bilis modicè mixta cum urina, quod coctis mor-

Pituita  
bonum  
tentum  
refert.

bis facere solet. Quod si hæc duo coniungantur, maximè cognito morbo pituitoso, & paulò ante incipiente, manifestum est, eam non esse coctionis notam, sed abundantia pituitæ. Ad quod accedit quod Aëtius dixit loco citato, id contentum omnino leue non esse, uti bonum. Causa verò eius mutationis est, quoniam pituita simul cum vrina ab initio excreta, deinde à calore agitatur, & flatus genitus à calore coctionem aggrediente, cum ipsa miscetur, & eandem eleuat, & mutat in appendiculum. Quæ ubi amplius agitetur, & flatus copiosiori misceatur, ad supremam matule partem in formam nebule ascendet. Neq; tamen ibidem permanebit vsque ad finem morbi, sed rursus natura continuata coctione, & flatum discutiet, & crassiorem reddet, ob coctionem, & inde ad morbi finem iterum residebit. Contenta autem mala non tantum cruditatem morbi ostendunt, sed perniciosam habentur. Talia verò sunt pinguis, similia farinae crassiori, sursurea, laminaea, & orobea. Hæ sunt differentie malorum contentorum, sumptæ ab eorundem substantijs. Pingue contentum semper insidet, nunquam autem subsidet, ut inquit Galenus septima sectione aphorismorum, commentario trigesimo quinto. Totam etiam vrinam pinguem, nunquam vidit Galenus libro tertio de mor.

Contenta mala.

Pingue contentum.

## COMMENTARIVS.

mor. po. par. 3. in comment. histo. in Thaso Pariū,  
 hac de causa prog. 35. lib. 2. Hippo. dixit. Et pin-  
 guedines supernatantes, similes telis araneorum  
 damna desunt. Significant enim colliquationem.  
 Idem omnino significare intellige si puncta ve-  
 luti paruae olei guttae vrinae supernatauerint. At  
 verò lib. 7. Apho. 35. inquit: Quibus insidēs pin-  
 gue ac simul totum, his renum vitium acutum si-  
 gnificatur. Ex quibus duabus sententijs duaē si-  
 gnificationes pinguedinis contentae supernatan-  
 tis in vrinis agnoscuntur. cū enim sensim excer-  
 nitur pingue, ostendit pinguedinis corporis col-  
 liquationem, quae sensim etiam ad renes defer-  
 tur, maxime si febris adsit. Cū autem pingue af-  
 fatim excernitur, colliquatio pinguedinis renū  
 significatur. Adest quoque per bonam valetudi-  
 nem pingue supernatans, quale est quod summis  
 iusculis refrigeratis, concrescit, quod Graecis  
 3 φαῦς appellatur. id verò bonam coctionem indi-  
 cat & pingue, quod in sanorum hominum sangui-  
 ne adest, vt inquit Gal. lib. 4. de sanitate tuenda.  
 Quod autem simile sit quod in sanis & aegris ap-  
 paret notum est consideranti rem ipsam & ver-  
 ba Gal. in comment. 35. lib. 2. prog. & 4. lib. de  
 sanitate tuenda. in quibus locis eisdem omnino  
 verbis vtitur ad significandum pingue, quod vri-  
 nis supernatat in sanis, & aegris. & nos id perspi-  
 cue ostendimus. li. 2. prog. in expositionibus no-  
stris

fris. Quibus nō dubito, assentiet quiuis sanæ mē-  
 tis & libero animo. At verò cōtentū simile faris-  
 næ crassiori malum est: significat enim assari san-  
 guinem crassiorē, aut carnes inæqualiter colli-  
 quari, li. 2. progn. comment. 28. Idem ferè lib. 1.  
 de crisibus. Verūm colliquari carnes inæqualiter,  
 fit primūm elliquata recenti pinguedine, deinde  
 vetusta, deinde carnē recenti, ac postea vetusta.  
 Hippocrates verò appendiculum minutatim dis-  
 persum ad speciē farinae crassioris, γοβοειδῆς, hoc  
 est, genituræ simile appellat. Eo tamen deterius  
 est lamineum, indicat enim superficiales solidorū  
 partes exuri, ac perinde exillire. Vltimam malig-  
 nitatem inter hæc cōtenta representat fursureū  
 sedimentum: quod non tantūm solidas particulas  
 exuri inæqualiter significat, sed profundius inua-  
 dere & crassiores partes vstione exillire à soli-  
 dis membris. Est autem id albi coloris, nam quan-  
 doque significat sanguinem assari, nempe cū fue-  
 rit coloris rubei. Orobei contenti non meminit  
 ibidem Hippocrates. Cæterū id ad contentum  
 quod refert speciē farinae crassioris reducetur,  
 colore representans oui vitellum. Apud Aëtua-  
 rium libro primo de differ. vrinarum, & libro  
 secundo cap. 10. dixit significare pinguedine col-  
 liquata, iam carnē colliquari. Nos verò dicemus,  
 sedimentum referens speciē farinae crassioris,  
 album, significare carnis & pinguedinis assatio-

Contentū simile  
 faris  
 næ cras-  
 siori.

Contentū las-  
 mineum

Orobei  
 contentū

## COMMENTARIUS.

nem, & rubrum sanguinis vstionem. Id enim orob  
 beum significat apud Gal. 4. sectione apho. com.  
 76. Quamuis fursureum sedimentum, aliquando  
 fiat ob sanguinis assationem, vt Gal. inquit li. 4.  
 apho. comm. 77. Erit autem id colore rubeum.  
 Quoniam tamen contingit sepe vrinam mingi  
 cū aliquo horū malorū sedimētorū citra pericu-  
 lū, id distinguemus quēadmodū Hip. aph. citato,  
 cū inquit: Quibus in vrina crassa fursurea quæ-  
 dam simul exeunt, his vesica scabie laborat. Cras-  
 sa autem vrina, medio crem in hoc loco significat,  
 in qua si tale aliquid apparuerit, in vesica aderit  
 scabies, siquidem à vasis non excernentur fursu-  
 res, laminae, aut farina crassiori simile, vbi vrina  
 cocta fuerit, atq; valuerit natura. An tamen la-  
 borante natura, atq; febrem validam patiente æ-  
 gro, id omnino à vasis procedat, non est certum,  
 nisi medico de vesicæ sanitate & vasorum vri-  
 nariorum prius constauerit. Vti nos latè docui-  
 mus li. 2. prog. in expositionib. nostris. Apparet  
 in vrinis sepe sedimentum cinericium, in his qui  
 lapide vesicæ laborant, et in quibus pituita salsa  
 assata abundat. Descendūt etiam sepe cum vrina  
 arenulæ, quæ lapidis significant generationem.  
 hæ verò vbi per vrinæ fusionem veluti natan-  
 tes conspiciuntur, vstionem sanguinis ostendūt,  
 cum febre maximè. Visæ etiam sunt veluti carū-  
 culæ cum vrinamictæ, quæ ostendunt sanguinē  
 crassa

*Arenule.*

crassum in renibus aut hepate vstum, vt inquit  
 Galenus .4. sectione aphoris. commentario. 76. Cōtētū  
simile ca  
pillis.  
 Quo in colo Hippocra. cum vrina crassa qua  
 dam capillis similia mingi dixit, ea'que osten  
 dere id mali à renibus esse, non quidem in reni  
 bus morbum esse. Capillos quoque in renibus  
 consistentiam accipere Galenus dixerat. Est is Capillis  
tium.  
 morbus à medicis appellatus τριχίσις, hoc est,  
 capillitium. Generatur id malum in his qui oro  
 bo, fauis, & caseo vtuntur in cibis, ac perinde  
 à crassis humoribus materiam habent prædicti  
 capilli, quam calor adiungit, agglutinat & con  
 tinuat, à renibus per vrinarios meatus prorro  
 gatam. Quapropter quendam, qui eisdem vteba  
 tur, refert Gal. minxisse capillos, qui ad medium  
 cubitum extendebantur. At verò libro sexto  
 de locis pa. capite tertio horum capillorum ge  
 nerationem ad venas refert, & sine renum vitio  
 fieri testatur dicens. Promde probabilius mihi  
 videbatur in venis huiusmodi res procreari. Fucus  
notatur.  
 Fucus hæc duo loca conciliat, dicens, Hippocra  
 tem in aphorismis, & Galenū in commentario  
 voluisse in renibus accipere pilos consisten  
 tiam: materiam autem generationis accipere in  
 venis, dixit, libro sexto de locis patientibus.  
 Verum id non saluit contrarietatem verbo  
 rum: quoniam sexto libro de locis patientibus,  
 idem quod in commenta. aphorismorum dixerat,

## COMMENTARIUS.

als venis

Filamē-  
ta in v-  
rina.

retulit, nempe, in renibus pilos accipere consi-  
stentiam: & statim addit, probabilius esse in re-  
nibus procreari. Ex quo videtur idē significare,  
consistere, & procreari, apud ipsum in his locis.  
Aliās nisi contrariæ essent sententiæ, vna non  
excluderet alteram: ambæ enim possent esse ve-  
ræ, aut probabiles apud ipsum. Quam ob rem  
mihi dicendum videtur Gal. in commenta. apho.  
insecutum Hippo. doctrinam, quem suscepit enar-  
randum Hippocra. autem ibidem, ad renes retul-  
lit pilorum generationem. Libro tamen sexto de  
locus pa. liberè exposuit mentem suam, & quod  
verum existimauit patefecit, dicens: Quæ non-  
nūquam adeò videbantur exigua, vt mirarer quo  
modo in renum spatio talia possent consistere:  
proinde probabilius mihi videbatur, in venis hu-  
iusmodi res procreari. In venis igitur ex Gale-  
ni doctrina generantur pili. Visa etiam sunt in  
vrina filamenta quædam alba, quædam crassa,  
quædam tenuia, & quædam alijs longiora, quæ  
indicant nocturnam præcessisse pollutionem, aut  
adesse seminis profluium. Fit quoque vt sangui-  
ne concreto in vesica & meatibus vrinarijs, fila-  
menta excernantur, quæ prædictis maiorem ha-  
bent partium adhæsionem, & lentorem. Euenit enim  
sanguini in eis partibus concreto in grumos,  
quod sanguini è vena in aquam misso, is enim ma-  
gna sui parte transit in filamenta, quæ viscidam  
quan-

quandam referunt pituitam. Talia quoq; filamenta e sanguinis concretionem in vesica fiunt, qua parte in aquam calidam, siue urinam calidam sanguis effunditur. Minguntur quoque per id tempus sanguinis grumi, qui interim dum retinentur perniciosi et lethalia efficiuntur symptomata. Spuma quoque inter contenta urinarum recensetur. Cuius generationem Galen. lib. 2. apho. comment. 43. ad materiam spirituosam & humidam retulit. Et causam generationis spumae duplicem adhibuit, nempe calorem, & motum. Caloris exemplum, sunt apri ira concitari, & quae in lebetibus elixantur. Motus exemplum est, mare ventis agitatam: apri namq; spumam ore fundunt, & mare turgidum spumofum est. Equi vero celerissime agitati, spumam calore & motu generant. Ceterum libro secundo prognosticorum, commentario quadragesimo septimo, postquam aeream & pituitosam substantiam, spumam constituere dixit, statim retulit generationis causas: nempe calorem, & motum. Quas communes causas, dicit multarum, & paruarum bullarum: & addit, ἡ ἀνωγεινὴ ἀνωγεινὴ ἀνωγεινὴ, hoc est, Fiunt autem haec soluta difficiles, (sic enim legi debet, ne confundamus lectionem cum Laurentiano) ob duas causas, scilicet humoris tenacitatem, & flatus crassitudinem, & turbulentiam. Nam quod bullae cum semel genitae fuerint a calore, aut motu, cito rum

Spuma  
urinae.

## COMMENTARIVS.

pantur, & pereant, inde fit, quod humor parum  
 tenax facile rumpitur, & quod flatus pertenuis  
 citò penetrat, ac euolat; quod si crassus & ne-  
 bulosus fuerit flatus humoris, bullæ pondus susti-  
 nebit, & non adeò appetet, uti tenuis aër, ascen-  
 dere, & grauibus superuolitare. At ubi lenta et  
 tenax fuerit humoris substantia, flatus nõ adeò  
 facile ipsam disrumpet, aut eiusdem continuita-  
 tem soluet. Idem etiam ad vrinarum bullas trans-  
 feramus, significabit etenim bullarum copia,  
 flatus abundantiam, crassitudinem ac turbulen-  
 tiam, & humorum crassitudinem ac tenacitatẽ.  
 Et si bullæ multæ fiant & parvæ ac solutu diffi-  
 ciles, humorem tenaciorem, & flatum crassore  
 indicabunt. Magnæ verò bullæ, & quæ citò solui-  
 untur, contrarias causas. Indicant quoq; ca-  
 pitis dolorem, ea ratione, quæ dicta est de vrinis  
 conturbatis: siquidem hæ flatu commixto turbân-  
 tur & agitato humore, bullæ verò eisdem om-  
 nino causis. Quod si magis ad coronam siue cir-  
 culum vrinæ tendat spuma, maior capitis dolor  
 indicatur: Si verò magis ad medium superficiẽ,  
 minorem. Id etenim fit flatu factio pauciore &  
 tenuiore. Apparet quoq; vrina, cui multa super-  
 natat spuma, in seminis profluuio: quoniam se-  
 mini flatus miscetur, & semen spumosum est,  
 quod antiquitas agnoscens venerem ἀσπιδίτην,  
 quasi spumosam dixeris, appellabat. Bullas quo-  
que

Capitis  
 dolorẽ  
 indicat  
 bullæ.

DE VRINIS. 57.

que renum morbos longos ostendere testatur Hippo. Apho. 34. sect. 7. dicens: Quibus in urinis bullæ insident, morbum renalem, & longum significant. Abroganda verò est fides Actuário, qui lib. 2. de causis urinarum, altitudinem urinae proportionè altitudinis corporis diuisit, atque contenta ex loco, partis corporis affecte, situm ostendere dixit. Ita vt contenta sublimiora, sublimes corporis partes laborare, indicet, & media, medias, & inferiora, infimas. Circulus quoque vbi eiusdem fuerit coloris, cum tota ipsa urinae fusione, aut omnino non inspicietur, aut vbi confusè conspiciatur, nihil aliud ab ipsa ostendet urina: vbi tamen diuersus fuerit color, indicabit naturam non omnino vincere, neque omnino victam esse. Quod si color circuli in meliorem (ex his qui supra dicti sunt) inclinauerit, quamuis urinae totius color malus sit, naturam non omnino vinci significabit. Verùm vbi color urinae fuerit bonus, color autem circuli tendat in malum aliquid de prædictis, indicabit naturam nondum omnino vincere morbificas causas. Diuersas quoque causas morbum committere ostendit, circulus colore diuersus ab urinae fusione.

Bullæ in morbis longis renum.

Circulus urinae.

COMMENTARIVS,  
CAPVT QVINTVM,  
De signis ab vrinarum odoribus.



ANORVM hominũ vrina non omnino fœtore priuantur, sicuti neq; ventris excrementa. Verũ interest, quoniam excrementa v̄ tris magis paratam habent substantiam ad putredinem subeũdam, quã vrinae: longo quoque itinere incedũt, ferẽ à nature cultu distituta. Vrinae verò, commixtam habentes substantiam ex fusione, & excrementis, cũ ipsa descendunt, in vesica detentæ, neq; amplius à natura gubernatæ, sed cohibitæ tantummodo, paruam quandam putredinem contrahũt, ac perinde paruum fœtorem. Cũ verò valde fœtent, animaduertẽdum, an pus simul cum vrina mingatur, id enim statim pandit fœtoris causam pus esse, atque id, parte aliqua suppurationẽ patiente. An tamẽ id bonũ sit ac tale indicet, ex optimi puris notis accipies, Maximẽ verò fœtor concomitatur puris excretiones, quæ fiunt à vesica. Ibi dem enim pus genitum vehementiũs putrere solet, quoniam pars frigidior est, & quæ minus potest puris malitiã corrigere, Quapropter Hipp. Apho. 8. sect. 4. dixit: si sanguinem aut pus mixerint, aut scamulas & odor adsit grauis, vesicæ significat exulcerationem. Nec tamen hoc tollit fœtes

Pus à vesica vemen-  
tius fœtet.

fectorem puris aliunde manantis: sed non erit adeo grauis, aut magnum malum ostendat, atque eam naturæ imbecillitatem, & internationem, ut puris malitiam corrigere non valeat. Ceterum ut breui finiamus caput, fæctor vrinæ, sine puris mictu, atq; is molestus & grauis, magnam putredinem significat humorum, aut partis alicuius corruptionem, & mortificationem, atque eo maiorem, quo fæctor fuerit maior. Quod si cum graui odore prauum fuerit contentum, mortem ostendet. Fæctorem quoque nidorosum vstionem, humorum putredini iungi, & fæctorem acidum putredinem refrigerationi coniunctam ostendere, uti dulcem, putrescentem sanguinem, non est à ratione alienum.

## CAPVT SEXTVM,

## De signis à modo mingendi.



Errò mingendi modus à naturali trifariam variat: aut enim vrina subito suppressitur, quæ dispositio à symptomate, uti reliquæ, nomē accipit, ἰσχυρία. i. vrinæ suppressio: Aut difficile excernitur, & cum dolore, aut sine ipso, cui nomē est, δυσουρία, id est, vrinæ difficultas: Aut distillat guttatim, nobis volentibus, nequeuntibus tamen, aut etiam nolentibus, quæ passio σπασμωγία, id est, vrinæ stillicidium, dicitur.

## COMMENTARIVS.

Urinare  
 tinctur  
 quibus  
 causis.

tur. Quod si urina cohibeatur, significat, signis  
 bonis accedentibus iudicatorium rigorem, lib. 6.  
 de mor. po. par. 1. sect. 11. Alias verò, aut imbecil-  
 litatem expultricis vesicæ, aut meatus occlusio-  
 nem. Imbecilla autem redditur, vbi à multitudine  
 fibræ expulsiōni seruiētes fuerint immodice  
 distentæ. Quod fit urina diutiùs retenta, aut in  
 aula, aut in foro, aut in theatro, aut in profun-  
 diori somno: meatus autem occluditur, aut inflā-  
 matione, aut tuberculo, aut cicatrice, aut callo,  
 aut scirrho, aut carne adnata, aut lapide, aut are-  
 nulis, aut pure, aut crassa pituita, aut sanguinis  
 grumis. Cum dolore verò excernitur, & difficil-  
 le, vbi inflammatio fuerit, quæ non omnino ob-  
 struat, aut vlcus in eisdem meatibus vesicæ &  
 colis, aut lapis, aut urinae ardor, aut flatuosus spi-  
 ritus cōmixtus. Sine dolore verò ob durum tu-  
 berculum, aut crassam pituitam, aut pus nō acre,  
 aut imbecillitatem vesicæ. Stillicidium verò uri-  
 nae accidit ob paraly sim musculorum vesicæ os-  
 culum claudentium. Quando verò urina mordet  
 & ante tempus ad excretionem irritat, strangu-  
 ria à Ga. appellatur li. 3. de mor. po. par. 1.  
 sicuti & li. 1. par. 2. com. 41. Verum  
 hæc stranguria volētibus nobis  
 cum dolore fit: ob paraly-  
 sim verò sine  
 ipsis.

✱

SUPEREST.

## RELIQVA.



VPEREST pauca quædam re-  
 ferre, ad operis complementum,  
 quæ alioqui diligenter conside-  
 ranti nota forent. Caterùm ne aliunde  
 expetantur, dicemus de vrinarũ  
 diuersitate pro sexu, et ætatibus, tempera-  
 turis, anni temporibus, exercitationibus, & vi-  
 ctu, atq; de vrinis per febriũ genera. Hæc enim  
 reliqua videntur, ad complendam hanc nostrã de Aetate  
 vrinæ.  
 vrinis tractationẽ. Ex ætatibus quidẽ, in adole-  
 scentia optima mingitur vrina, qualis à nobis su-  
 præ fuit depicta. Si quidem talis mingitur in op-  
 timo corporis temperamento, & in quo optima  
 coctiones exercentur, sine cruditatũ abũdantia.  
 Ea verò adsunt, etati, quæ est à. 18. in. 25. annũ.  
 Hanc sequitur virorũ etas, in qua vrina mingi-  
 tur colore intensior optima, & paulò tenuior,  
 mediam habens consistentiam inter extrema te-  
 nuitatis & crassitudinis, vt li. 2. prog. in nostris  
 expositionibus diximus: non tamen exquisitæ,  
 vti quæ dicta est, adolescentibus debita: nam &  
 ipsam tenuissimam appellat Gal. ibidem, non sim-  
 pliciter, sed collata ad vrinas aliarũ etatum. Ac  
 proinde prog. 33. eiusdem libri Hip. inquit: Viris  
 autem & mulieribus vrinæ nigre, pessimæ sunt:  
 pueris verò, aquosæ. Illæ nanque sunt omniũ  
 pessimæ, quæ longius recedunt ab his quæ sunt  
 homini secundum naturã. Cũ autem pueri min-

## COMMENTARIUS.

gant ex natura crassiores omnibus urinas, erunt  
 aquosæ, summæ à natura ipsorum elongatæ. Vis  
 ris autem, cum mingant, ipsas tenuissimas, nõ e-  
 runt aquosæ pessimæ, sed potius nigre. Tenues  
 quoque urinas mingunt senes, sed crudas & ad  
 albedinem tendentes: decrepiti verò adhuc ma-  
 gis. Pueri quoque copiosum mingunt contentũ,  
 minus autem adolescentes, minus his viri. Paucũ  
 quoq; contentum habent urinae senũ; foeminarũ  
 verò urinae minus coloratæ sunt, quàm virorum,  
 & tenuiores, copiosius quoq; contentũ haben-  
 tes. Vtero tamen gerentium urinae tales sunt,  
 quales earũ, quarũ menses cohibentur, color verò  
 veluti cicerum elixatio: habent tamen nebulã al-  
 bam supernatantem, et veluti grana quædam in-  
 natantia. Qualis verò est distinctio exercitato-  
 rũ & in otio degentiũ: talis est, eorum qui me-  
 dia & ieiunio longo & frequenti vtuntur, atq;  
 eorum qui saginantur. Nã qui valenter se exer-  
 cent paucum mittunt contentum cum urina, re-  
 liquo humore dissoluto. Quibus quandoq; suc-  
 cedit, vt colliquationes in suprema urinae par-  
 te innatent, sunt que ipsorum urinae colora-  
 tiores. Tale accidit his qui diu à cibis abstinent:  
 nam urinae plus iusto colorantur, & sine conten-  
 tis ob inopiam fiunt. In otio verò degentes, &  
 lautè epulantes, urinas mingunt minus coloratas,  
 cum copiosis contentis, interim dum naturales  
 facul-

Sexuũ  
 urine.

Exerci-  
 tatorũ  
 urine.

facultates ipsorum constant. Ex temperaturis  
 præterea, calidæ urinas efficiunt tenues & cum  
 paulò paucioribus & tenuioribus contentis, ma-  
 ximè si calori siccitas coniungatur. Vt cunq; ta-  
 men intensiori colore redduntur. Frigida verò  
 temperatura urinas efficit minus coloratas, quæ  
 doque tenues, quandoq; tamen crassas. Siquidem  
 minguntur cum crassis excrementis, crassæ, sine  
 ipsis tenues & percollatæ. Ex anni tamen tem-  
 poribus diuersæ fiunt urinae, hyeme nanq; urina  
 pro bibitorum ratione redditur copiosa, non bene  
 colorata, plurimum continens sedimētum, æstas  
 te contraria: nam coloratior fit, & paucior, cū  
 paucis contentis, & his magna ex parte suble-  
 uatis, quæ omnia efficit calor. Vere omnia me-  
 dio modo se habent: Autumnò crudæ minguntur  
 urinae, colore priuatæ & paucis contentis, sed  
 his residentibus melancholicis & terrenis. Fe-  
 brium tamen natæ quædam sunt, quæ ab urinis  
 sumuntur, quæ ostendunt ipsas incipientes: nam  
 cum iam ad morbi vigorem peruenerint, peritus  
 medicus non eget signis ad morbi cognitionem,  
 nisi breui admodum in statum perducatur: nam  
 & in statu omnes urinae sanis & optimis similes  
 redduntur, præterquã quod in morbis pendentio-  
 bus à crassis humoribus, sedimentum est copio-  
 sius, & in his qui pendet à calidioribus, & te-  
 nuioribus, aut apparet paucum, aut sola nebula  
 alba,

Tēpera-  
 turarū  
 vrinae.

In tēpo-  
 ribus  
 quales  
 vrinae:

Febriliū  
 vrinae.

## COMMENTARIUS.

alba aut appendiculum æquale. Inter initia verò diuersæ sunt vrinæ in febribus humoralibus. De diarijs autem dicamus prius, in ipsis statim appa-  
rere coctionis notas in primis vrinis quæ minguntur, quod putridis febribus non adest, nisi à dia-  
rijs in ipsas fiat transitus. Mutantur autè in dia-  
rijs colores vrinarum. Siquidem in his quæ ab a-  
liquo animi symp. fiunt, vrinæ redduntur rufio-  
res: minus rufæ verò ob cruditatem, dolorem, aut  
bubonem. Febre tamen tertiana exquisita incipiente, vrinæ minguntur rufæ aut flauæ, & te-  
nues, & quandoq; prima die coctionis habent no-  
tas. In quotidiana exquisita, vrina quandoq; min-  
gitur incipiète morbo, tenuis & decolor, quan-  
doque crassa & turbida, pro ratione retenti &  
excreti humoris. Atque, vti diximus, quandoque  
subsudet in ipsa ab initio quod bonam repræsen-  
tat subsidentiam, est autem pituita. In quartana  
crudæ etiam sunt vrinæ, sed variæ, ratione dicta  
de febre quotidiana. In sanguineis autem febris  
bus, vrinæ minguntur ab initio, rubræ, aut subrus-  
bræ. Aliquando verò tenues aquosæ aut subpala-  
lidæ, aut turbidæ. Quemadmodum in omnibus a-  
lijs febribus continuis, & intermittentibus, non  
exquisitis. Fallantur autem, qui putant vrinam  
rubram esse propriam notam sanguinearum fe-  
brium.

F I N I S.

CHRISTOPHORVS  
à Vega Complutensis, opus hoc de  
vris pergit, etatis sue anno  
quadragesimo tertio, no-  
stræ salutis,

1 5 5 3.

QVAE NOSTROS OCULOS  
sefellerūt allucinationes hæ sunt,  
quas sic corriges.

In epistola linea secunda lege, atq; Car. 3. pagina. 1.  
nota marginalis obliteranda, & transponenda est cartæ. 4.  
pagina. 2. Car. 6. pag. 1. linea. 15. lege, lib. 2. Carta. 13.  
pagi. 1. linea. 5. euenit. Car. 19. pag. 2. lin. 18. subrufam.  
Car. 22. in schemate lege, crystalleus. Car. 24. pa. 2. linea  
10. actione, alias, à coctione: & line. 12. optimum. Car-  
ta. 25. pagina. 1. linea. 22. croco. linea penultima, sicuti.  
Car. 29. pag. 2. in margine, homine. Cart. 32. pagina. 2.  
linea decima. permittunt. Carta. 34. pagina secunda. lin.  
14. nonnunquam, lege, nunquam. & linea. 23. permillerit.  
Car. 43. pag. 2. linea. 20. sient, alias, sitient. Cart. 50. pag.  
1. lin. 7. subitantiæ. Car. 53. pag. 2. lin. 4. damnadæ sunt.  
Car. 54. pag. 2. lin. 2. renibus, lege venis.



COMPLVTI,  
*Excudebat Ioannes Mey Flander.*

1554.







